Quoniam ipsorum est regnum celorum. Quamvis enim aliorum virtutes alias studeant non est regnum celorum. Etiam quam si cetera vitia deponunt ad inferos mancipentur superbia. Quia radix omnium malorum superbia est sine dubio et radix omnium bonorum humilitas est et propterea est ut qui se exaltat humiliabitur. Et qui se ~~exaltet humiliabitur~~ humiliat exaltet. Beati qui lugent. Et qui peccata sua quidem lugent beati sunt sed non dicitur beati. Beatiores autem sunt qui aliena lugent peccata. Certum est quia non habent sua que lugeant. Tales convenit esse omnes doctores populi. Et qui sunt super montem nam ut sit omnes doctores populi expiationem peccatorum in ... esse sine luctu ut videant quotidie expiationem animas multas ad infernum cadentes. Unde de angelis qui exituri sunt in fine seculi ut signent servos dei qui de alienis lugent peccatis. Sicut scriptum est per Ezechielem. Ite per Jerusalem. Jerusalem enim quia est etiam corpus christianum fundamenta sunt in montibus sanctis. Eze. ix. Transi per mediam civitatem in medio Jerusalem et signa thau super frontes virorum gementium et dolentium super cunctis abhominationibus. Unde dicit quod deus iussit omnes occidi et non misereri alicui qui non habet signum thau omnem ad se qui thau.

Videntes quae occidatis. Quoniam ipsi
consolabuntur. Si consolatio
lugentium est cessatio luctus pro-
pter quod qui sua lugent peccata consequen-
ti indulgentiam consolabuntur. Quoniam
secundo ille qui aliena luget
peccata quando consolabitur? Nunquam
desinet lugere de peccatoribus
etiam postquam dives sit. In modo quae
scientes prudentiam dei. Nunc in-
telligentes ad plenum quod in malo
compellere delinquunt. Et quod
ex proposito in malo diligunt in ma-
la omnes peccatores lugent omnes
a malo eruerentur et tangi pu-
tantes. Tunc ego in seculo illo p-
rudentiam prudentia dei cogno-
vit et intellexit manifeste
quod qui dei fuerunt perire non
potuerunt, qui autem perierunt
non fuerunt dei quia de manu
dei nemo rapere potest deposito de
hoc luctu consolabuntur et sine
impetua (?) alterius doloris in
sola sua bene letabuntur. Nam
quamdiu est caritas sanctorum ad pec-
catores et luctus est. Ubi autem
non est caritas sanctorum ad pec-
catores non luctus etiam si proprii
qui fuerint. Sicut docet parabola
in qua dicit dives ad abra-
ham. Miserere mei et mitte laza-
rum ut intingat extremum digiti
sui in aquam et refrigeret lingu-
am meam quia crucior
in hac flamma. Nunquid
inspiratus est illi abraham fili
sui ardentis qua est fuerat ipsi

lator in qua parte corporis sui
plus peccaverat id est in gula
sui cui amplius torquebatur.
Beati mansueti. Mansuetus
est enim qui nec irritat nec ma-
lum neque irritatur a malo
neque commissus eum provocabit
causa peccati. Neque adversus
alterum aliquid. Ex illo causa-
tum sit peccatum. Sed magis
contentus est iniuriam pati quam
facere. Nam nisi contentus fuerit
bis aut provocat nimirum pro for-
tune peccati. Et sicut Zizania
inimici sui inimicus in agro die (?)
nec fuit nisi irritationes in
mundo. Ille ergo est vere mansue-
tus qui nec provocat sive non co-
gitat malum facere nec facit.
Quoniam ipsi hereditabunt terram
Sine dubio terram viventium de
qua scriptum est Credo videre bo-
na domini in terra viventium. Terra
autem hec sicut quidam dicunt quod
domini est in hoc statu terra est
mortuorum quia vanitati sub-
iecta est. Sed autem liberabitur
de corruptionis servitute in
libertatem glorie filiorum dei
sit terra viventium ut homo mortalis
hereditet immortalitate, alterum
correspondentem legi quam celum in
quo habitaturi sunt sic dicitur
terra viventium et quantum ad nostram
regionem inferiorem celum est
quantum autem ad celum superius
dicitur terra. Alii dicunt quia
corpus nostrum terra est, et quamdiu

Subiaceret morti. Ergo cum mor-
tuorum Christus aut primitie transforma-
tus et conforme factus corporis
glorie Christi eius. Ergo commoriamur
et hereditabimus eternam carnem eter-
nam carnem et spirituales fratres
spirituales et sancti. Beati qui
esuriunt et sitiunt iusticiam. Esu-
rire et sitire iusticiam est de-
siderare iusticiam dei ut sive
faciant homines iusticiam dei
sive audiunt ut quamvis multi
audiant ut faciant iusticiam dei
sed ex desiderio cordis, quando
bonum est quod ex amore ipsius
bonum faciunt homines, ingratum
est autem deo. Unde dominus per Ioha-
nnem non amans simpliciter vocabat
ad potum sed tamen sitientes dicens:
Si quis sitit veniat ad me et bi-
bat. Christianismo quod quasi sine racione
dixit iusticia esurire et sitire
ut forte ergo esurit iusticiam qui
per iusticiam dei desiderat quiesce-
re quod est rectum cordis. Sunt
autem iusticia que scilicet dei acci-
pere incipit quod per consequens ex
studio scripturarum ipse est doctus
vero. Quoniam ipsi saturabuntur
videlicet largitate remuneracionis
dei, qui maiora erunt premia de-
siderium desiderium avara petitorum.
Beati misericordes quoniam ipsi mise-
ricordiam consequentur. Non tamen ille
misericors est qui misereatur aut
pauperis aut pupilli aut vi-
due, sed eius cum una et apud
illos inveniantur frequenter qui non
cognoscunt deum. Ille autem ve-

re misericors est qui misertus proximi
misereatur et bene faciat ei sicut
quod scriptura ait. Christus dicit: Dilig-
ite inimicos vestros et benefacite his
qui vos oderunt. Nam et deus
non solum super iustos pluviam dat
aut solem solem suum iubet ori-
ri sed etiam super iniustos. Unde
et ita dicit: Estote misericordes
sicut et pater vester misericors est.
Et quia beatus est ille talis qui
misericordiam eius sequitur non habet parem
quando in hominibus difficile est
proficit illi ad dicacionem iusticie.
Sed autem habet ad remissionem peccatorum
quia potest fiducialiter dicere: Dimitte
nobis debita nostra sicut ego di-
mitto debitoribus meis. Beati
mundo corde quoniam ipsi deum videbunt.
Dupliciter est deum videre et in hoc
seculo et in illo. In hoc quidem
seculo secundum quod scriptum est: Beati
munde. Videt videt et premium meum
mundus enim sue corde qui non solum
nec faciunt mala nec cogitant
sed pauci sunt tales, sed ad hunc
eciam qui omne bonum et faciunt
semper et cogitant, quia non sufficit
facere bonum et non cogitare quia
non propter deum faciunt bonum sed
propter alteram aliam causam. Est ta-
le donum non remunerat deus
quia non remunerat a deo bonum
quod fit sed id quod bene facit
de hac extra de culpa de tex-
te scriptum nobis esse ponit de hac
exemplum in glosa sed propter ali-
am causam. Item autem propter deum
facit bonum sine dubio et cogitat

De pace

bonum. Qui ergo omnem iusticiam co-
gitat et facit, in mente sua deum
videt, quia iusticia figura est dei.
Deus enim iusticia est. Si ergo quis con-
tinuerit se quasi a malis et fecit
bona, secundum illud et deum videt aut
turbulente aut inde aut modice aut
amplius aut perfecte aut imperfecte
aut secundum possibilitatem humanam.
hoc ipso modo. Et qui male agit
et cogitat videt dyabolum, quia
omne malum dyaboli est figura.
Cum in futuro autem seculo illo hoc in mun-
do corde deum videbant facie
ad faciem. Iam vero per speculum
et in enigmate sicut dicit. Be-
ati pacifici quoniam ipsi filii dei
vocabuntur. Pax est enim vestigium
intus dei nostri, de quo ait apostolus:
Christus enim est pax nostra. Qui ergo
pacem diligunt filii sunt pacis.
Pacifici autem non solum dicuntur
qui inimicos in pace reconciliant,
sed etiam illi qui immemores
malorum diligunt pacem. Multi
enim sunt qui alios inimicos
tos libenter in pace reconciliant
et ipsi inimicos suos non ex toto cor-
de reconciliant. Ipsi tales illu-
sores sunt pacis, non amatores
pacis. Sed beata illa est que in cor-
de posita est, non in verbis. Vis er-
go cognoscere quis est bonus vere pacificus?
audi prophetam dicentem: Prohibe
linguam tuam a malo et labia
tua ne loquantur dolum, id est lingu-
tua a malis non dicat sermones. Si-
cut enim ignis de medicatione scin-
tilla magnum consurgit incendium,

ita et sermo malus de levi
occasione magna suscitat incen-
dia. Sollemus labia dolum lo-
quuntur qui pacem portat in la-
biis et maliciam servat in cor-
de. Sed si cristianus es, aut quod
loqueris hoc cogita, aut quod
cogitas hoc loquere. Diverte a
malo et fac bonum. Non dixit
attendere ad malum noli, sed re-
cede a malo. Ille autem iubetur
recedere qui accessit. Sciens
ergo inspector deus in cotidie
conversacionem, quod si dixisset:
Noli attendere ad malum, aut pauci
aut nulli potuerunt adimplere.
Nam pene omnes homines prom-
ptiores ad malum. Ideo sic dicit:
bonum quod fuerat, sed nec atten-
deres ad malum, sed aut quia
homo natus cum libris in motibus
concitatus accessisti ad malum,
vel saltem per consideracionem divini
timoris recede a malo, quia
attendere ad malum forsitan
secundum carnem humana est infirmitas;
permanere in malo et exequi
malum malignitatis est, non
infirmitatis. Inquire pacem et per-
sequere eam. Non dixit: Si te
pax sequatur, suscipe eam, sed si
te fugerit, sequere eam, sicut parata
quod humanum est. Si tu aliquo
feceris litem, sed quando ille primus
te invitat ad pacem, pace te
sequitur cum gaudio suscipe eam,
quod si ille quasi malus permanet
in malo, pax absconditur ab
oculis tuis. Cum quasi filius

Pacis pulsa fama pacis hoc est iungere pacem. Nec ditas ille in prior iniuriam fecit et primus debet venire rogare. Gloriosior es tu si nocitius pacem patieris et si nocens. Deus ergo patitur et invenit te tamquam pacis. Beati enim pacifici filii Dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Non dixit beati qui a gentilibus persecutionem patiuntur ne putes illum solum beatum qui persecutionem patitur propter idola non colenda. Ideo et qui ab hereticis persecutionem patiuntur propter veritatem non relinquendam beatus est quia propter iustitiam patitur. Gentiles enim Christum negant, heretici autem veritatem Christi. Cum autem veritatem denegat Christi, ipsum denegat Christum. Christus enim veritas est. Et ideo heretici qui non propter Christum persecutionem patiuntur sed propter veritatem Christi. In prima facie Christiani videntur, revera autem gentiles sunt. Et non solum hereticus sed si aliquis ex potentibus qui videntur esse Christiani forsitan propter peccata sua correptus fuerit a te, iratus et persecutus te fuerit, beatus es tu. Iohannes enim et Iohannes non propter gentilitatem neque propter heresim interfectus est, sed quia corripiebat Herodem propter adulterium eius.

Sicut omnes prophete necati a gentilibus regibus sed a suis civibus, non propter gentilitatem sed quia corripiebant eorum peccata. Si autem quod a suis ipsis propter causam Dei aliquid patitur non habet mercedem? Nam prophete habuerunt. Si autem certum est quod prophete martires sunt sine dubio, et qui propter causam Dei aliquid patitur et si a suis patitur mercedem habet. Ideo non posuit scriptura personas persequentium sed solam causam persecutionis, ut tu non aspicias quis te persequitur sed propter quid te persequatur. Causam ergo si quis te persecutus fuerit non propter causam Dei sed propter rem privatam, ut putavit ut auferat aliquam rem tuam, ille quidem quantum quod sine causa est persecutus, reus est. Tu autem beatus non es quia non propter iustitiam persequitur te sed propter causam privatam. Plane si volueris id adimplere quod dictum est: Qui te percusserit ad maxillam prebe illi et alteram, et qui vult auferre tunicam tuam noli vetare tibi, vere beatus es. Quod et si ab inimico non propter causam Dei persecutionem patiebaris, propter ea tamen aut dampnum aut iniuriam passus es propter Deum. Si autem resisteris etiam tu peccas et non pateris. Multitudinis perdidisti mercedem. Beati eritis cum vos exprobraverint homines.

Postquam locutus est de persecutioni-
bus sustinendis, tanquam si respon-
deat quis ad eum: Domine quid si per-
secutionem quidem passi non fuerimus
propter te nec propter iustitiam tuam, nos
probrum autem venerit in blasphemi-
am hominum ingratorum? Et dicit: non solum
persecutionem passi fueritis, sed etiam cum
exprobraverint vos homines, scilicet
multa homines propter causam quam dei
sunt nobis inimici, sed non propter nos
ipse nos persequuntur, forsitan ima-
giet patrem. Tamen circumeuntes omnem
blasphemant nos et dicunt de no-
bis obprobria. Beati eritis cum vos
oderint homines et dixerint omne bo-
num malum adversus vos mentientes
propter me. Si enim bonum est quod quam ca-
lice aque nobis porrexerit mercedem
eius non perdet, quanto quam bonum levius
sum in verbis nobis iniuriam fecit,
iniuria non vacua non erit a mercede.
Ut ergo blasphemantes sit beatus duo
hec conveniunt: unum ut mendaciter
blasphemetur et propter deum blasphe-
metur, alioquin si bonum desinit ea
beatitudinis non est merces interpretanda si
quis dixerit de te quod est turpe
mendaciter. Sed non propter causam dei
sed propter aliquam privatam inimicitiam
dolens ille quod peccavit. Tu
autem mercedem iustitie non habes,
nisi forte tu habes, nisi forte ut
posses reblasphemare non reblas-
phemasti propter iustitiam dei. Aut ut
posses revindicare non revindicasti.
Et tunc beatus es et causa priva-
ta facta est causa dei. Quid si
propter causam quidem dei blasphematus es.

Tamen quod dictum est de te
malum verum est, iterum non es
beatus, quia verum est dictum de
te. Et illa blasphemia peccatum
tibi non ad mercedem iustitie
sed ad confusionem pertinet, quod tu
corrigi possis. Et mentientes
propter me gaudete et exultate
quoniam merces vestra multa
est in celis. Ponderate confu-
sionem terrenam cum gloria celesti. Et
videte si non multo levius est
quod patimur super terram quam quod
expectatur in celo. Sed forte di-
cis quis potest blasphemantibus me
dicat nec dicam gaudere, sed
nec magnanimiter ferre. Augustinus
Gratiam gloria non delectatur, qui
enim gloriam concupiscit in celo
obprobria non timet in terris, nec
cogitat quid loquuntur homines
propter ipsum, sed quid videt deus
in celo de illo. Nam enim non de-
lectatur de laude hominum ille et
de vituperatione hominum contristatur
magis quam letatur. Nam autem
et de laude hominum non extollitur
nec de vituperatione humiliatur,
nunquam quesivit sibi gloriam que ibi
timet et confusionem. Nam gloriat
qui in terris confusionem timet in
terris. Nam autem gloriam non quam
nisi tantum apud deum, confusionem
non timet nisi tantum apud deum.
Sed milites preliantes belli susti-
net dum sperat habere predam.
Quanto magis vos iudicii obp-
robria non debetis timere, qui
regni celestis premium exper-
tatis et habere glorificatis.

De doctore [illegible]

Vos estis sal terre quando introgantibus apostolis ad quos sit quia ista locutus utrum generaliter ad populum an ad ipsos volens ostendere quod ad ipsos precipue loquebatur addit Vos estis sal terre ad illud respicit quod supra diximus quia doctor omnibus virtutibus debet esse ornatus debet esse pauper ut avaritiam liberaliter castigat debet esse semper suspirans et lugens sive propria sua vel aliena delicta ut confundat eos qui nec peccare dubitant priusquam peccent nec postquam peccaverint tristantur quia peccaverunt Ideo suspirat et plangat ut per hoc ostendat quam iniquus et periculosus est inordinatis iste fidelibus debet esuriens et sitiens esse iusticiam ut pigrus certa opera sua bona vel doctrinam fidei vel increpationis flagello valeat indagare magis exemplo suo quam voce debet esse mansuetus ut magis indulgendo quam vindicando regat et etiam ut magis ametur quam timeatur debet esse misericors aliis sibi autem austerus ut sibi quidem grave pondus iusticie ponat aliis autem leve debet esse mundo corde ut non solum vicia se immisceat etiam vel gloria secularia sed ut nec cogitet de mundo Sicut enim oculus quanto mundior fuerit tanto longius videbit Sic et animus quanto longius fuerit a solitudine

mundiali tanto amplius deo propinquior est Primus autem cordis oculus mundum aspicit illius mens vero per deum videre Sed ante pacificus ut tota ecclesia eius sit quasi una anima Ubi autem concordia non est nec oratio illic exauditur nec oblatio suscipitur quia nec deus est ubi discordia dominatur Debet autem paratus esse ad passionem quia nona desideria martirum beatus sed et det omnibus constantie signa Nam quantum ad sapientes milites non ille dicitur paratus ad bellum qui concupiscit exire sed qui potens est exire Sed qui bonus omnibus virtutibus ornatus fuerit tunc est quasi optimum sal et totus de illo populus conditur magis quam videndo quam audiendo Nam prima doctrina est videre bona aut audire Vos estis lux mundi Dum considerat quod opus est salis quod autem lucis admonet nos ut queramus ob quam causam apostolum sali comparatur sunt ob quam autem luci Salis opus est rem in eo statu tenere in quo invenerit eam ut ad deterius immutetur eam vero formulat ad meliorem autem eam perducat non per corrupta tenet carnem ut putrescat putridam autem tenere non potest incorruptam lucis autem opus est ipsas solum tenebras et eam que fuerat in tenebris illuminare Sic et apostoli ceterique

Doctores Sal quid sut populi
xpianam iam cognoscentis deum
servantes eum in ipm agmine
dei et scitate i. tre culte que
iam verbo tricas quas comed
arata subiectu est lux antige
cum sut pducentes eas ad
sue lumen ne ceterorum qui
forte in etiam ceciderut in te
nebris pctorum. Item bona co
uersacio sacerdotis sine verbo
quod tenet sctos in scitate
1. p bonum exemplum | adducere
aut ignorante ad sciam veri
tatis non pt. Item vitam addu
cere quidem ignoratem ad sciam
veritatis et sine conusacon
bona pt terre aut in fide
ne scitate absq bona conusa
con ne pt | magis aut et
scandalisat | sicut in sequtibus
ondemus. Ergo ppt bonam con
uersacom sua sacerdotes st
sal | quod bona conusaco sacer
dotum conditura ppli est. Propt
aut vitam doctrine lux | quod vr
bum ignoracie lume est vnde
aut vocamt eos sal. Propterea
aut lux aut quia prioris lo
ci est hnac quos habes | Se
cundi aut vocatur quos non hes
aut quia primus bn vivere est
scdm aut bn docere. Nam p
bona conusacom ascenditur
sine dubio ad sciam | p sciam
aut vero si ad bona com
sacom ora vema. Propterea
scientes quod sine timore dei
multas videmus. Timetes aut
deum sine scia videmus multos |
aut quia ppt iudeos priores
dcti sut sal non adducentes
eos ad sciam dei | sed condientes
eos in ipa scia | lux aut ppter
gentes in suo loco vocatus
deo et ppt compacom congrua
introducens addit dicens Non
pt civitas abscondi sup mon
tem posita. Quod ipa enim civi
tas si volmt esse celata ipe
mons qui portat ea facit om
bus manifesta. Sic aplm et
sacerdotes qui fundati sut in xpo
monte excelso | non pnt esse ab
sconsi. Et si voluerit abscondi |
opus ipe eos manifestat qui ba
iulat eos. | Que est hec civitas De Civitate
etiam sctorum de qua dicit ppha
Gloriosa dicta sut de te civitas
dei | Cives aut eius omnes fide
les de quibus ait aplus vos
estis cives sctorum et domesti
ci dei. Turres illius sut pphe
de quibus dictum est Fiat pax i
virtute tua et abundantia in tur
ribus tuis. | Sicut enim iacula
de turribus contra hostes iactant
sic de pphetarum libris contra
vanas gentilium fabulas et v
insanas hereticorum disputacons
salutaria proiciuntur veritatis
exempla. Porte aut eius st
apli de quibus scriptum est Diligit
dns portas syon | qr p illas
totus pplus intrat ad fidem
cum aut illius sut sacerdo
tes | Ceteri qz doctores de quibus
supr dixit ppha ad hanc

C

Jerusalem spiritualem et alienige-
ne edificabunt muros suos qui
ex gentibus vocati sunt / Sacerdo-
tes et gubernatores ecclesie sicut in-
muri impetum omnem gentilium he-
reticorum suscipiunt qui tamquam ari-
etibus quibusdam hic assiduis per
persecucionibus feriunt clerum id est mu-
rum ecclesie Et sicut mortiferas
Sagittas sic et insana verba per-
sa confessionis eorum de impia
cordis pharetra procedencia doc-
tores quasi lapides muri sus-
cipiunt et fidei constante confringunt/
Hec ergo Civitas posita est supra
montem id est apostolum prophete Ceteri
que doctores edificati in christo/
Christus enim christus est de quo ait
Daniel Et ecce lapis precisus
et absque manibus et factus est
mons magnus et occupavit
totam terram Nunc per alteram
comparacionem volo ostendere quod
sanctos suos ipse christus manife-
stat et non sinit eos esse ab-
sconsos esse absconsos id est quod
nec accendunt ut ponat sub
modio / Sed super candelabrum ut
luceat hominibus qui in do-
mo sunt / Nunc sunt absconsi cum
lucerne spiritus et filius que est
illa lucerna verbum divinum de
quo dictum est lucerna pedibus
meis verbum tuum domine ut lu-
ceat id est appareat et illuceat qui
sunt in domo Ecclesie vel in
domo hominum mundanorum vel
in domo omnium Judeorum / quod
est candelabrum ecclesia que

Baiulat verbum vite Consequenter
dicit et sparsimus vel quos
lucernis Sicut lucerna id est secu-
ndum vite commictes Consequen-
ter et omnis ecclesiasticus vir ha-
bens verbum dei dicitur candela-
brum / Modium autem sunt homines
mundiales mutem a deo et ab
omnibus que sunt dei dicuntur
aut homines modium quod sicut
modium desuper inanem habet
~~deo et ab omnibus que sunt~~
desubtus autem plenum Sic et
omnes amatores mundi et car-
nis in spiritualibus inanes et de-
mis a superiora recte dicuntur esse
inanem sunt et inservati Sed in-
ferioribus autem et mundialibus
et terrenis aliquatenus plenum vi-
dentur et sapientes in proprietate
Sicut in modio quod solemus
aliquid ponere inverte est ut ca-
dat deorsum ad inferiorem eius
et tenebrosa/ Sic homo carnalis et
mundiali et inutilis/ Si dispensa-
tio quod est dei vel illud habet in
superiori parte mentis sue ad cor-
dis nec portat illud in ore sed
confestim cadet de mente et corde
deorsum in terram et tenebras ut
nec ipse ~~prodest~~ prosit nec alius/
Si autem et aliqua temptacione fatid
finem ipse verbum status revisat in
terram et aspiciens in terram quasi
modium verbum dei sub se tenet
absconditum Scandalizatus est enim et
aspiciens terram et abscondens verbum
sub se quod ipse aliquid causam per-
venit est ansus palam fidei

ym

veritate aut invidias carles
timens aut mortem aut dampna
aut cetera que obstruunt carles
homines ut contra dei quod cre
diderunt libere non audeat confite
ri. Illud sciens quia ipse laudabilius
doctor qui facit quod docet ad
dit quod et dicat. Sic luceat lux
vestra coram hominibus ut videant
opera vestra bona et magnificent
patrem vestrum qui in celis est. i.
sic illuminate docentes ut non verba
vestra tantum homines audiant sed ut
opera vestra videant ut quos illumi
naveritis per verba quasi luce con
diatis per exemplum operum vestrorum
quasi sale. Item qui docet et fac
ere ille docet. Qui autem non fac
quod docet non aliud docet. Sed
seipsum condempnat et melius
est facere et non docere. quia qui facit
et si taceat aliquos corrigit suo
exemplo. Qui autem docet et
non facit non solum neminem corri
git sed adhuc multos scandali
zat. Tamen enim non moveatur
ad peccandum cum videat ipsos doc
tores peccatis peccantes. Ergo
per illos quidem doctores qui docent
et faciunt magnificatur deus. per
eos autem qui docent et non faciunt
blasphematur. Puta si bene doce
at sacerdotes et melius vivat
videntes gentiles dicunt. Vide
deus qui habet tales servos. vere
enim bonus deus verius est deus
Nisi enim ipse esset iustus numquam
populum suum sic circa iustitiam teneret
Nam disciplina domini ex moribus fa

lie demratur. Nam sicut pharisei qui
magis docuerunt et nec modica faci
unt. Si autem bene doceat et male
conversentur videntes dicunt. qualis
est deus eorum qui talia agunt non
quia sustinet eos talia facientes
nec consentiret operibus eorum
Propter quod sicut illi estimant. Ydola
colentes omnem iustitiam servave
runt. Isti autem gloriose loquuntur ser
mones et ignominiosa opera faciunt
videntes quia deus per malos opera
rios blasphematur. Nec potest dominus
bonam opinionem habere qui malam
familiam habet. Unde dictum est ad
populum dei. Nomen enim dei per vos
blasphematur inter gentes. Noli
putare quoniam veni solvere legem
aut prophetas. propter duas causas di
cit se venisse non legem solvere
sed ut adimpleret. primum ut disci
pulos suos quos omnibus bo
nis operibus adornatos esse debere
super docuerat suis verbis ad
suum provocet exemplum ut quem
admodum ipse omnem legem imple
bat. Sic et illi omnia etiam minima
legis festinarent adimplere. Deinde
quia futurum erat ut calumpniarentur
eum Iudei quod sabbatis operaretur
et lepram tangeret quasi solven
tem legem. Ideo premissa munierat
contra calumpnias calumpniatoribus
satis facit dominus. Non veni sol
vere legem sed adimplere. Lex et
prophete duo hic agit de Christo prophe
tant et lege connexi constituunt de Christo pulcre
que utraque Christus implevit
Ad se quidem etiam prophetia implet

Sic quando natus est et vocatus
est emanuel quando circumcisus est
et oblatus est pro illo sacrificium
duo turtures aut due colum-
be quando in egiptum fugit legem
implevit quando nasareus nomi-
natus est quando ad xii anno templum
ingressus est quando a pueris la-
udatus est quando in manibus
patris spiritum commendavit quando ve-
stimenta sua dividenda reli-
quit quando descendit ad infero-
ra et visitavit omnes dormientes
Capud dicente quando adhuc vo-
caturus est vocans terram a solis
ortu usque ad occasum quando sedebit
in valle Iozaphat et iudicabit
omnes gentes adimplebit omnes prophe-
tias quia nisi hec facta fuissent
mendaces erant omnes prophete sicut
autem omnes impleti sunt et im-
plebuntur cum stelle ceciderint cum
sol tenebratus fuit cum luna san-
guineo colore immutata fuit cum
celum plicatum fuit sicut liber

De lege et mo[...] [...] in [...]

Sed aut in modo invicem legem
implevit duobus modis primo
exteriores quando legis signa
solvebat interiores aut virtutes
eius adimplens in prima lege
precipit omne opus servile in sa-
bbato quietem facere non debere
pro eo quod fit omni anno hoc si-
quidem est quia sicut deus sab-
bato cessat ab opere [illegible]
si [illegible] opus servile
est peccatum quando omnis qui facit
peccatum servus est peccati Omne autem
opus bonum non est servile sed

liberale et [illegible] fit [illegible]
videatur In prima facie [illegible]
videtur ergo gracia operis sabbatis
operans adimplevit legem non
solvit manifestavit non [illegible]
Item in lege fuerat scrip-
tum lepram tangere non oportet
hoc figuratum est lepra enim
intelligitur peccatum Christus igitur tan-
gens lepram non solvit legem
sed adimplevit Iudeus enim le-
prosum in faciem operatus est non pec-
catum est Christus hoc [illegible] tetigit
non peccatum quod est vere lepra nam
ille qui peccatum non fecit nec
inventus est in ore eius dolus est
quia non tetigit lepram id est peccatum
merito ergo dicit Amen dico vo-
bis donec transeat celum et terra
In principio [illegible] Nota iota unum
aut unus apex a lege non
peribit donec omnia fiant
id est omnia que ab inicio mun-
di usque ad finem erant ventura
eorum misteria sunt prophetata in
lege ut ne videatur aliquis
eorum que fiunt deus ante eu-
m cognovisse Propterea dicit
non prius fieri ut transeat celum
et terra donec omnia que in lege
sunt prophetata rebus ipsis fue-
rint adimpleta Ingeniosius hoc
si [illegible] in illo mendacium fuit
inventum erubescit Et quod deus
quod precepit in lege non facit
et ad alios facit [illegible] sapiens
quod docet [illegible] non re-
cipit in vacuum Et quod
[illegible] dona sine [illegible] gratia

potuerunt remanere. Deus homines
ruit si quod docet aliud ipse quod
fecit / quod expressit quod locutus
est in prophetis quod ad impleuit
in opere. Deinde ad impleuit le-
gem in minimis istis / Si quis
solverit unum de mandatis istis
minimis et docuerit sic homines
minimus vocabitur in regno celorum /
Sed primo videamus que sunt minima
ista mandata / et alii quoddam ali-
ter exposuerunt sed alii aut aliter
puto aut ipse dominus manifeste
ostendit que sint dicens demonstra-
torie Si quis solverit unum de
mandatis istis minimis i. que
modo dicturus sum / Nam talis est
modus loquendi scripture que
post modicum dictura sunt quasi
nunc iam dicta demonstrat. Sic
est ibi Audite hec omnes gentes
quasi nisi hec que in sequentibus
versibus dicturus erat / Manda-
ta igitur moysi in actu facilia
sunt non occides non adulterabe-
ris / Et ideo remuneratio modi-
ca in peccato autem magna / Manda-
ta autem christi non irasceris neque
concupisces in ipso actu diffi-
cilia sunt / Et ideo in remuneratione
magna sunt in peccato autem minima
Nam abstinere ab homicidio aut
adulterio abstinere per facile est /
Quod enim eius magnitudo vo-
luntatem faciendi repercutit / Et
ideo non est laudem quia absti-
net se ab illis quia non est la-
bor abstinere se ab illis / Item
Omne malum quanto gravius est

Tanto levius videtur a deo fa-
ciendum et gravius facit peccatum
si fuerit factum / Non irasci autem dif-
ficile est in actu / quia deus le-
vius culpam putat non facile obs-
ervatur a multis et multum labo-
riosum est posse non irasci quia
naturaliter in hominibus ira-
cundia est plantata / Et ideo
remuneratio magna sunt quia
difficile est abstinere ab eis / Prop-
terea et si iratus homo aut con-
cupierit est quasi peccatum quia magna
liud est non tamen peccatum est grave quia
difficile est abstinere ab eis / Ergo
minima mandata ista dicit christus
mandata Non irasceris neque
concupisces que in abstinendo
quasi magna sunt in peccato autem
minima videntur / quantum ad homines
negligentes. Ergo illi qui le-
via peccata committunt minimi sunt
in regno dei i. qui iratus fuerit
et iratus grave peccatum non fecit
a pena quasi securus est quam
tamen est in gehenna / quia et si
non tale committit quasi sentiens
est iram suam et non illud reprimit
in corde suo peccavit / Unde videtur
quod peccata si irati fuerimus et
compuncti in cordibus nostris
iracundiam reprimamus sciens quod
si pro iracundia non leviter pecca-
verimus peccatores sumus. Item qui
concupiscit et si non fecit pecca-
vit / quasi quia vos volumus
qui non doctore si ab homicidio
abstinuerit magnus est / Si
autem levia hec peccata cave-
at propter sacerdotalis dignitas

Doctor a commissa tali homicidio se abstinet magnus appellatur

eius. Sed prefectus ab ecclesiastico
primo choro fit quod eos qui iacent
in pena sua quamvis non fecerint
peccatum grave non tamen sunt in glo(riam)
quamvis peccati rugam aut maculam
susceperunt. Unde subiungit dico
autem vobis quia nisi habun-
daverit iusticia vestra plus quam scri-
barum et phariseorum non intra-
bitis in regnum celorum. Scribarum
Sermo dominicalis — et phariseorum iusticie sunt manda-
ta quorum si impletiones aut
mandatorum illorum sunt mandata
Christi. Hic ergo nisi quis super le-
gis mandata etiam que apud
illos minima estimantur imple-
verit non intrabit in regnum ce-
lorum. Quia illa sicut dixi
de pena quidem liberabat non
etiam introducunt in regnum. Hec
autem et de pena liberat et in
regnum introducunt. Cum sit autem
utrumque solvere minime hec mandata
et non custodire. Quod supra
quidem de solvente dicit. Eum sol-
vit quam de minimis istis mini-
mus vocabitur in regno dei. Hic
ostendens eum et si minimum es-
se tamen in regno esse. Hic autem
de non conservante dicit. Nisi ha-
bundaverit iusticia homines Christi-
anorum plus quam scribarum non in-
trabit in regnum celorum. Qui
ergo non intrabit in regnum celo-
rum extra regnum erit. Sed mi-
de quamvis minimum esse in regno
utrumque non est regnare cum Christo
sed esse tamen in populo Christi tamquam sub-
ditum. Si solum et dormientem. Sic
cum Christianos quidem erit tamen minimum

Christianum. Qui autem intrat
in regnum fit particeps regni cum
Christo. Sicut alibi dicitur bone
serve intra in gaudium domini
tui. Hoc est simul gaudeas cum
domino tuo. Consequenter et iste
qui non intrat in gaudium reg-
num celorum gloriam quidem regni
celorum non habet cum Christo. Erit
tamen in regno celorum. Nunc iam
incipit unde que sunt minima il-
la quorum solucionem predixerat
esse periculosam. Scitis inquit
quod dictum est antiquis non occi-
des. Ego autem dico vobis omnis ira-
tus fratri suo sine causa erit re-
us iudicio. Hec completio legis secundum
modum commendi hec est facies.
Hec enim Christianus et docens implet
legem non solvit. Non enim Christi
mandatum contrarium est legi. Oc-
latens qui lex mandatum Christi
legem tenet inclusam. Lex autem
non hoc Christi mandatum. Qui ergo
implet Christi mandata tacite in
eis implet et legis. Non enim qui
non irascitur multo magis non occi-
dit. Qui autem implet legis implet
mandatum non omnia implet et Christi
precepit enim hoc non quidem occidit
propter timorem commictere tamen irascitur.
Videtis ergo quomodo lex completa est per
Christum non soluta. Deinde sine
mandatis huius Christi nec possunt le-
gis stare mandata. Nam si con-
cedatur licencia irascendi datur
et causa homicidii faciendi. Ex
ira enim homicidium generatur. Tol-
le autem hanc iram homicidium non
fit. Unde enim qui irascitur sine

Sine causa quantum ad volun tatem suam homicidam facit. Et si non fecit propter metum sed dolor quando non est talis quemadmodum si factum fuisset. peccatum autem tale est irascentis. Ideo Iohannes in sancta epistola sua dicit Qui odit fratrem suum sine causa homicida est. Vide sapientiam christi volentis ondere quia ipse est deus qui aliquid locutus est in lege. Non occides ideo statim hic ab homicidio incepit ut per concordiam mandatorum secundum quod in prima scriptum est ipse inveniatur dictator legis fuisse et gratie. Qui irascitur fratri suo sine causa reus est iudicio. Ergo qui cum causa non erit reus. Nam si ira non fuerit nec doctrina proficiet nec iudicia stant nec crimina compescuntur. Iusta ergo iracundia mater est discipline. Itaque non solum non peccat qui cum causa irascitur sed econtra nisi iratus fuerit peccat. Nam patientia irrationabilis vitia seminat negligentiam nutrit et non solum malos sed etiam bonos invitat ad malum quia malus quamdiu incorreptus fuerit non emendatur. Bonus autem nisi correptus fuerit perit. Qui in corpore magis principaliter malum quam bonum. Iracundia quidem cum causa fuit nec est iracundia sed iudicium. Iracundia enim proprie intelligitur commotio passionis

Qui autem cum causa irascitur irascitur illius causa non ex passione est sed ex causa. Ideo iudicare dicitur non irasci. Puto autem quod de iracundia carnis loquitur christus sed de spiritu. Non ad carnem loquitur sed ad animam. Sicut et in sequentibus ostendemus. Scit enim deus quia et si mandaverit carni caro ei non obaudit. Nec enim est possibile ut caro non turbetur quia sapiencia carnis est inimica in deum. Legi enim dei non est subiecta. Nec enim potest dicente Iob. Homo natus de muliere plenus iracundia. Cum ergo homo irascitur et non facit quod iam compellit caro eius irata est. Animus autem eius non est iratus. Ergo melius fuit caro non irascitur. Anima autem non irascitur id est qui videntur esse pacientes et taciti et occulte cogitant malum et semper requirunt opportunitatem nocendi. Qui autem dixerit fratri suo sine causa racha reus erit concilio. Ut sit conclusio de consilio qui ad nos enim fuerit ut apud in sanhedrin sinos interpretantur. Qui autem dixerit fatue reus erit gehenne. Racha dicitur hebraice fatue et racha non fatue qui vacuus est ille fatuus est. Et qui fatuus est sine dubio ille vanus est et vetus verbi non videtur iniuria. Nam sicut in digna res est illa dicere fatue quem acta in se sapientiam sibi predicante in agnitionem dei patris et christi ut indigna res est dicere.

Malus quamdiu correptus fuerit non emendatur.

Nomen vacuum quod habet spiritum sanctum in se. Nam nemo dicit racha fratri suo qui habet spiritum sanctum et nemo fatuum qui Christum agnoscit. Et quare illud quod dixit racha habet penam consilii, hoc autem gehenne? Nam si unum peccatum est una debet esse et pena amborum. Sed quantum ad dicentis propositum dicam quia haec verba. Et si quantum ad sensum similia sunt racha enim vulgare erat verbum apud Iudeos quod non contra pueri odio sed alicui noti quando dicebat magis fiducie causa quam iracundie. Nam domini magnates provincia habent in consuetudine aliquod exprobratorium verbum quod non ire causa sed familiaritatis gratia dicere solent ad eos quorum fiduciam habent, ut puta patronus suscepto liberto suo aut dives pauperi aut urbanus rustico. Te tempnentes personam eius magis quam similans sibi. Sed forte dicis si racha iracundie causa non dixi quare est peccatum? Quia contemptionis causa dicitur non edificationis. Nam et si persona illius tibi contemptibilis videbatur, tamen dignitas Christi qui est illius contemptibilis non erat. Et si illum aspicere non debebas, Christum qui in eo est aspicere debuisti. Deinde et alia racione peccatum est dicere racha, quia et si ille aliquid vanum audire merebatur, te tamen vanum dicere aliquid debere non oportebat. Cum sit scriptum

Amen dico vobis quod pro omni verbo quod dixerint loquentes homines reddituri sunt racionem. Quemadmodum quod est lumine tenebra et sed et quemadmodum bonum non est malum est dicente apostolo: Sermo malus ex ore vestro non procedat. Et non dixit sermo bonus tantum sed sermo bonus ad edificationem fidei. Si ergo sermonem bonum sine causa dicere debemus nisi fuerit per occasionem edificationis nec ipsum verbum quod sine causa dicitur reputatur ociosum. Et fiat malum quanto magis id verbum dicere non debemus quod a seipso naturaliter malum est et iniuriam pertinet audientibus. Deinde sicut quod membrum oris vestri quod ad edificationem aliorum creatum est aut ad nostri corporis aut ad gloriam dei tradimus id ad contrarium iam vanitatis. Ideo sicut primo maledicens vanus qui dicit ut inde tempore dicante profertur vanum ergo sermonem dicentes non tamen ideo peccant quia per illum sermonem aliquid ledunt. Sed quia dampnosum in nobis malum spiritibus agendi, quod noluit hoc faciens Salomon dicente ad deum domino apostolo: Vite me auferas gratiam tuam a me primus dominus minorat et gratiam suam non recedat de ore meo. Sicut enim vasa sanctificata ad privatos usus transferre peccatum est et periculum sicut nos docet Balthasar qui bibens in calicibus sacratis de regno depositus est et de vita. Sic ergo haec membra

Baltasar rex qui de sacris vasis bibebat depositus est

sa ad privatos usus transferre
periculosum est, in quibus non est
verum corpus Christi sed ministerium
eius corporis committitur. Quanto
magis vasa nostri corporis que
sibi deus ad habitaculum preparavit
non debemus locum dare diabolo
agendi in eis quod vult. Si quis
autem dixit fatue, in quo intel-
ligendum est subaudiendum sine causa, et
qui iratus fuit sine causa, qui
racha sine causa dixit. Si ac-
cedere ~~sine~~ cum causa peccatum non est,
quanto magis cum causa fatue di-
cere non est peccatum. Nam et omne
malum species est aliqua castiga-
cionis, et apud sapientem durius
est quam flagellum. Quid enim si
talis sine causa non verbis
sed verbera proferatur contumelia?
Certe enim et apostolus dixit fatue:
O insensati Galathe, quis vos
fascinavit? Sed non peccavit, quia
iusta causa fuit dicendi. Item
ad discipulos in via Christus:
O stulti et tardi corde. Si offers
munus tuum ad altare, quod in
primo dicat qui irascitur fratri suo
sine causa, hoc qui dicat ra-
cha, cum autem dixit fatue, istud
iterum subaudiuntur. Si offers munus
tuum ad altare et recordatus
fueris quia habet aliquid adversus
te frater tuus, scilicet si iratus
ei fueris sine causa, si dixisti
ei racha vel fatue sine cau-
sa. Ergo ex his levibus causis
offenso fratre et non placato
impossibile est munus deo offerri
et suscipi. Quid autem conspectum

dei ingrediantur, qui fratres suos
conculcant, predantur et alia multa
in viduas et orphanos nephanda
committunt. In primis sic debemus
scire quod si duo fideles homines aliquam
dissensionem habuerint inter se, de
illis non potest esse acceptus unus
eorum, non suscipitur oratio eorum, non
exauditur, nec si quid aliud bo-
num fecerint. Quia nemo inter
duos inimicos potest esse fidelis
amicus amborum. Nam penitus si de
illo bene loquens apud istum
displices isti, et in suspicionem ve-
nis quasi quem plus diligas istum
odio. Et deus non vult esse au[?]
fidelium, quando inter ipsos inimicitie fue-
rint inimici, quia et si illi iniuriam
fecit, iste contristatur. Et si non con-
tristatur, quia non potest agere con-
tra deum, ita non congaudet in bo-
nis eius. Si autem aliquid po-
terat contra deum et irascere ad
deum, quia inimicus est inimici eius.
Similiter et si isti iniuriam fecit
ille contristatur. Considera qua-
lem ergo deus conscientiam circa
nos et quam fidem servat hodie.
Et quia nos perfecte diligit, odio
in inimicos nostros non vult esse
amicus. Penitus duo inimici estis
fideles, fideles odio non vult esse
amicus quia illi amicus est. Et
odio illi fideles non vult esse
amicus quia tibi amicus est.
Ergo te diligens illi est inimicus
et illum diligens tibi est inimicus.
Aliquid propter se deus non suscipit
munera nostra, sed propter nos
ipsos alteri adversatur cum
alteri consociatus servat. Et di-

hoc dicit [illegible]

ambos amat in illi et amet
ipse inimicus amborum / Ergo
deus fidem in nobis servat sancto
rum suorum amicus fieri non potest /
et nos fidem deo nostro servamus /
Sed inimicos eius diligimus et
amicos odimus / Qui enim adeo
est infidelium vel inimicorum amicus
dei et inimicos amat / Si autem fi
dem domino servaremus sicut
ille nobis / nunquam infidelium
amicicias tolleremus / nunquam nos
infidelium in medio videremus /
Dimitte illic munus tuum et
vade reconciliari fratri tuo prius /
Vide misericordiam dei quod utilita
tes hominum amplius aspicit quam
suos honores magis aspice
ret Sic dixisset interim offeras
munus tuum Et postea vade
et reconciliari / Nunc autem dicit
vade prius et reconcilias et
veniens offeras Tanquam si
dicat vade ego libenter contemp
nor libenter honoris mei pa
cior dampnum libenter expecto
dum servos tuos ut vos in
caritatem revertamini / Vade ergo ut
scias quia plus diligo con
cordiam fidelium meorum quam mu
nera / quia munera hominum fide
lium deo offerunt fructum / Cari
tas enim illorum dei gratiam opera
tur / Ne dicas ille me nocuit
non ego illi / Ille satisfacere
mihi debet non ego illi / Si pro
gloria salutis tue vel tibi te di
misisti amiciciam facere magis vo
luntarius debes rogare ut du
plicem gloriam consequaris / Pri
mam quia nocitus es. alteram quia

prior rogasti / Si enim illi tu
nocuisti / et ideo rogas eum forsi
tan placet tibi quia nocuisti quam
prior rogasti / Si autem te ille le
sit et prius rogamus magnam
mercedem habebis / festina ergo
in mundo tuum pervenire ad ami
ciciam ne forte te tardante ille
preveniat ad rogandum et rapiat
de manibus tuis pietatis mer
cedem / Nam si ille tibi nocuit
et ille te rogat infructuosa est
amicicia tua / quam enim iusticiam
fecisti ante deum / Si rogatus es te
placavendo / Non enim nolens est
te deus sub pedibus eius sub
sternere carius quibus te deus ro
gare / Sed nolens tibi gloriam
humilitatis perdere Sed forte
dicas Ecce ego volo reconciliari
Sed dic mihi quando reconciliabor / Qualis
processit offensio talis debet sequi re
conciliacio / Si cogitatu offendisti
cogitatu reconciliare / Si verbis
offendisti verbis reconciliare / De
enim peccatum quod committitur eo modo
et penitetur / Computa cogitasti ma
le facere alicui proximo non
potes munus tuum ante deum of
ferre / quam habes in corde tuo no
cendi propositum / Recogita bonum quod
cogitaveras male et penituisti /
Nam cogitacionis peccatum contraria
cogitacio dissolvitur / Primus te
stis propheta qui ait dicitis in cor
dibus vestris et in cubilibus
vestris compungimini / Vides quia
irasci nature est vincere autem
iracundiam voluntatis est /

Si autem lesisti verbis fratrem tu
um vade et verbis fac satis
ei ex corde et penituisti / quia
autem verborum peccatum verborum sa
tisfactione dissolvitur / Testis est
Aaron / Qui enim detraxisset de
Moyse cadens verbis eum ro
gavit dicens / Rogo domine ne
inferas in nos hoc peccatum quod
ignoravimus quo peccavimus in te /
Si autem operibus aliquem offen
disti puta alicuius ~~fraudem~~
causam fraude abstulisti aut
rem aliquam per violenciam ab
stulisti redde ei quecumque abstu
listi et penituisti / Quia autem ab
stracte rei peccatum rerum represen
tatione dissolvitur / Testis est Za
cheus dicens domine quicquid
fraude abstuli reddo quadru
plum / Si autem rem quam alicuius
non tuleris sed forte castiga
veris eum in penitentem in
iuste dona ei aliquid pro iniu
ria dignum / Sic enim scriptum est
in lege / Si percusseris servum tu
um et fregeris ei dentem di
mitte eum liberum / Sed hoc in
telligendum est si castigaveris
aliquem iniuste / peccatum huiusmodi
est dissolvendum / alioquin insi-
gne factis lesisti factis pla
caveris sine causa orans ad
deum / Sine ad elemosinam faciens
de rebus quibus alios spoli
asti / Quid prodest tibi si alter
orat pro te ad deum et alter ad
versus te interpellat ad deum
Et si ad istius orationem vult e

Deus inclinari facit illius interpel
latio qui promittit melius est
ut si nemini prodest nemini noce
as quam ut alios spolias et
alios vestias / Esto consen
ciens adversario tuo cito dum
es in via cum illo ne forte
tradat te adversarius iudi
ci et iudex ministro et in car
cerem mittaris / Festinat dominus
ut ad consentiendum inimicorum inimico
rum quam diu sumus in hac via /
Via enim omnium quis est ista vi
ta carnalis per quam omnes homines
transeunt boni et mali / Sciens
quam periculosum est / Si inimicus ex
ieritis pace non facta sed mor
tuus / Nam peccata et si solue
rit pacem facere non poterit cum fu
erit separatus / Si autem quam diu in
vita huius vite es non fece
ris pacem cum adversario quem
lesisti / Sed sic inimicus per mor
tem ieritis ante iudicem christi /
Tradet te christus quilibet te
reum iudicio enim iudex tra
det te ministro id est angelo pecca
torum crudeli / Ille te mittet in
carcerem gehenne / Et quam in
hoc seculo pacem si fecisses
etiam et gravissimis operibus pote
ras accipe in indulgentiam / Sic
scriptum est Caritas operit multi
tudinem peccatorum / Si semel conde
natus fueris missus in carcerem /
Nam non solum de gravibus pec
catis sed etiam pro verbo ocioso
quod locutus es id est et si racha
alicui dixeris et pro eo sunt
exigenda a te supplicia / Fratres

C

cavit te iudici adversarius tuus
et si te prius rogaverit ille. Dicit
enim Salomon. Si esurierit inimicus
tuus ciba illum. hoc enim faciens
carbones ignis congeres super ca
put eius. Congerere autem carbones
ignis quid est aliud nisi reum fa
cere ante deum. Si ergo qui bonum facit
inimico magis eum reum reddit ante
deum. Consequenter et qui prius
rogat inimicum suum reum illum facit
ante deum. Frequenter homines et
in hoc seculo mittuntur in carcerem
propter peccata. vel in angustias et tribulationes
diversas. Nam plerumque peccatores
in hominibus mittuntur in tribula
tiones diversas. Sed non intelligi debent
angustie autem huiusmodi carceres ap
pellantur. Audistis quia dictum est
antiquis. Non mechaberis. Ego
autem dico vobis quod omnis qui
viderit mulierem ad concupiscendum
eam iam mechatus est eam in cor
de suo. Ecce alterum mandatum mi
nimum quidem apud iudeos tunc
et nunc apud omnes qui non multum
curant de anima sua. nec iudicant
cor suum qui irasci sine causa pec
catum sicut aliquis non putat esse
peccatum nec concupiscere tamen muli
erem alienam putat esse peccatum nisi con
cupiscentie non subsequente. Magnum autem
est apud timentes deum et cor su
um diiudicantes. Magnum etiam a
pud deum qui non tantum opus ho
minum aspicit sed animum cor. Nam non
dato lege non salvatur sed completur
quia sine hoc mandato stare
non potest legis mandatum. Nunc

adulterium quod concupiscentia nascitur
enim ergo tollatur adulterium secundum le
gis mandatum nisi precisa fuerit
concupiscentia secundum Christi mandatum. Quia
ergo sicut ira est mater homicidii
sic et concupiscentia mater est adulte
rii. Consequenter sicut irascitur
fratri suo sine causa occidit eum
in corde suo. Et si non occidit
eum propter metum videntium aut in
potentiam suam etiam homicida est
apud deum. qui non magis opus
considerat quam affectum. Sic qui con
cupiscit mulierem alienam iam
mechatus est eam in corde suo.
Et si non habuerit eam causa ali
qua obsistente etiam adulter est
apud deum qui magis aspicit
voluntatem quam opus quando ei opus
adulterii committendi defuit non
voluntas. Sed ne forte homines
nature humane misterium igno
rantes deum considerant quia qua
liter omnis natura carnis subdita
est passionibus. Et nemo homi[num]
est etiam sanctorum qui ab ira se
orsum nec concupiscentia valeat separ[ari]
estimet Christum quasi impossibilia
ista mandantem occasionem sibi
querere per quam homines faciat
esse reos. quod omnis qui impossibilia
mandat occasiones offensionis
seminat et causas puniendi querit.
Ideo pauca de divisione volunta
tum anime corporis quoque tractemus. Sunt
duas in nobis hominibus naturas
anime scilicet et carnis. Sic duas
habemus voluntates unam anime al

De voluntate anime

tera carnis duas iras unam
anime alteram carnis duplices
concupiscencias unam anime aliam car
nis. Et naturam quidem carnis
ab hiis omnibus que per se se
pare. Nam creare scilicet irasci et
concupiscere etiam si non vult.
quia non est in arbitrio suo cre
ata. Sed sub lege peccati venun
data est. enim sub peccato. Apostolus
de illa dicit apostolus Sapientia
carnis inimica est in deum. legi
enim dei non est subdita nec
enim potest. anima autem in arbitrio suo
creata est secundum legem iustitie
propterea potest et non irasci si vult
et non concupiscere si vult. Ergo
irascimur et concupiscimus. Si dis
plicemus nobis et festinamus re
primere nec ira nec concupiscentia
nostra manifesta est. quia caro
nostra irascitur. sola autem concupiscit
non anima nostra. Si autem complacet
animo nobis in hiis et declinamus
si poterimus implere iracundiam
nostram nec concupiscentiam tunc et anima
nostra concupiscit et irascitur simul
cum carne. propterea scriptum est deus quod
naturam carnis subdita ei non
est non potest non nam dat carni quod
mandat. Homo enim sapiens preter
ponit illi preceptum quam et si vult
non potest obaudire. Sed ad animam
loquitur. et anime mandat quod
potest deo in omnibus obaudire
que etiam potest carne irascente et
concupiscente. ipsa non irasci nec
concupiscere. Sic ergo ad animam lo
quitur et de concupiscentia anime loquitur

dicens. Si quis viderit muli
erem ad concupiscendum eam iam
mechatus est eam in corde suo.
Id est non si quis concupierit eam
per desiderium inevitabile carnis
sed si quis concupierit per volunta
tem anime et consensum decernens et
statuens implere quod cupit ille
talis et si non gesserit tamen iam
corde adulteravit ante deum est quia for
te impeditus est ab opere non tamen
mutatus in voluntate. Si dextre ocu
lus tuus scandalizaverit te. in
primo quod omnes interiores viri iustitie in
hoc posita est quod omni tempore contra car
nem nostram certant. quia caro con
cupiscit adversus spiritum spiritus ad
versus carnem. Sic enim ait Apostolus
Tota die contristatus ingrediebar.
quoniam renes mei impleti sunt illu
sionibus. Et non est sanitas in carne
mea. Sic ergo per prophetam non est sanitas
in carne nostra quod oculos nostros
habet aut quod dexteras in corpore
suo non per malitiam carnis suffi
ciat peccatum membrorum. Sed videamus
ne forte non possibile est intelli
gere de oculo cordis nec de manu.
Sicut totius hec corporis peccat. Si
cut peccato mortuus est ante iustitiam
Sicut scriptum est. Et vos cum essetis
mortui peccatis. Cum autem conversus
fuerit ad iustitiam vivet iustitie
mortuus autem est peccato. Sic et unum
quodque membrum interpretatur oculus
quidem quamdiu male aspicit
integer est in peccato eiectus a
iustitia. Cum autem desierit male
aspicere eiectus est a peccato.

Integer autem iusticie. Sed nec sic convenit necesse enim hic racionem interpretacionem plenam apponere quod dicit Si dexter oculus tuus scandalisat te. Quid est quod dexter quidem quam rectus eciam sinister autem quam inmoderate refuetur. Sed potius ad animam hec cuncta referri sicut diximus supra. Oculus igitur dicitur anime id est mentis per quam anima videt de quo alibi dicit Si tuus oculus simplex fuerit. Oculus autem iste carnis non est oculus set speculum oculi illius interioris id est mentis. Hic tamen et corpus suam mentem sicut et anima suam sicut testatur apostolus de mente quidem anime dicens hoc modo Igitur ego ipse mente servio legi dei carne autem legi peccati. De corporis autem mente sicut inflatus mente carnis sue et non tenens caput. Similiter et de manu vel de pede. Dextra manus hominis est voluntas anime. Sinistra autem manus est voluntas corporis. Habet autem corporalis manus quo est manus. Sed organum manus illius quasi sic voluntas bona vel mala movent eam ad quodlibet movetur. Dextera igitur manus hominis est voluntas anime. Sinistra autem manus est voluntas corporis. Pedes autem partes anime dextere vocantur. Corporis autem sinistre. Quando anima in arbitrio suo creata est ali-

ad quod volumus declarare declinare sive ad bonum sive ad malum

et sub lege iusticie est creata ut recte videat recte audiat et agat et ambulet. Partes autem sinistre corporis dicuntur quia non est in arbitrio suo caro creata ut sive ad bonum sive ad malum declinare voluerit possit. Sed in malo creata est sub lege peccati nec potest aut audire aut videre vel agere rectum. Sicut et ostendit dexteri dicuntur peccatores autem sinistri. Cognovimus ergo cum in hoc dextrum et sinistrum oculum dextrum quidem mentem anime. Sinistrum autem mentem carnis. Dextram manum voluntatem anime. Sinistram autem voluntatem carnis. Cum ergo ex passione carnis concupiscit sic homines. Anima autem resistimus concupiscentie. Sinister oculus scandalisat id est mens carnis non mee anime. Sinistra manus scandalisat non dextra id est voluntas carnis non anime. Vide autem quia non videlicet carnis mentem eicere nec carnis precidere voluntatem. Nec enim fieri potest ut caro aliquando cesset a desiderio malo. Desiderium autem carnis retinere quando possumus ut non faciamus quod desiderat caro. Precidere autem non possumus ut non desideret. Sed autem e contrario sito anime voluntas tunc dextra manus non scandalisat et dextra voluntas hinc oculum et istam manum precidere iubet quando anima in arbitrio suo est ut ad quod

cm 3

Valeat voluntas declinare. Cla-
ro autem in arbitrio suo quod est
scilicet in malo vel nudata est enim
sub peccato et quod per bonum vel-
le. Sinistra autem caro sinistra dicitur
et anima dextra quia caro ad te-
ptacionem ~~dextra~~ nobis creata
est anima ad salutem. Licet est
sicut arbitror loci illius quod
peccatio vera possumus tamen ad
aliud invenire colore respectus
vel consideracio mentis. Oculus
est anime voluntas alicuius operis
faciendi et movens manum ad
aliquod opus manus autem est
secundum ea que diximus interpretatio
Erat mulier quedam religiosa
vel virgo vel vidua respexisti
et consideravi et dixi debeo
visitare mulierem illam assid-
ue ut si quid religionis igno-
rat quam mulier instruam eam
et confirmem eam in ipso bono
proposito eius. Non respectus est
iste et dexter oculus. Sed dum as-
sidue visito eam decidi in la-
queum desiderii eius et ille re-
spectus meus dexter factus est
michi in scandalum. Quid volo
fieri circere tale illud aspectum
bonum quod in vel generatur est ma-
lum aut sic vidi orphanam quan-
dam et dixi debeo illam accipe-
re in domum meam et educare do-
nec veniret tempus nubendi et
videns cepi ei subministrare
que necessaria erant bonum opus
hoc et dextra manus est. Sed in
causa subministracionis vel dum

eam decidi in laqueum desiderii
mei et et illud opus meum bo-
num et dextra manus facta est mi-
chi in scandalum vel ita videntes me
familiariter agere ad eam scandali-
zati sunt dicentes. Quid sibi vult
hec esse quod iste sic familiariter loqui-
tur ad puellam. Oportet igitur per-
dere tale opus bonum quod vel
michi vel alteri generat malum. Nam
et quod alteri generat malum michi ge-
nerat. quia per me factum est ut
alter scandalizetur in me et hec expo-
sicionis genus diximus videlicet
generaliter omne bonum quod nos
vel alios scandalizat perdere
debemus a nobis. Nam magnum malum est
ad bonum ex quo nascitur malum.
Melius est enim ut sine uno re-
spectu a bono opere bono salvemur
quam ut omnia opera bona volumus
facere cum omnibus pereamus. Sed et
alii aliter interpretantur hunc locum
vult inquiunt per opus ut non so-
lum de periculo peccati vel tamen
abstinentes nos ab omni concupi-
scencia mala scilicet etiam vel in proprii
qui non vel aliqui ad nos perti-
nentes turpe aliquid agant ut
puta aliquem filium vel filiam vel
fratrem vel amicum qui sit bonus aspiciat
res tuas quasi proprius oculus tu-
us et habes eum pro oculo dextro
aut habes aliquem qui sic pro-
curat res tuas quasi manus propria
tua et est tibi quasi dextra
manus et illum talem si cogno-
veris aliquid turpiter agere pre-
scide eum ab anima et precipe abste

Dns vult. xa

quia scandalizat te. Quia non
solum pro peccato nostro sed pro peccato
proximorum nostrorum quos cum possu
mus cohibere nisi aut cohibue
rimus aut repulerimus a nobis du
bium racionem. Et quia omnes christia
ni unum corpus sumus alter al
terius membra melius est ut
sine uno aut altero tali mem
bro salvemur quam ut volentes
illos tales habere et ipsi peccamus
cum ipsis. Dictum est antiquis Si
quis vult dimittere uxorem
det illi libellum repudii. Ego
autem dico Siquis dimittit uxo
rem suam excepta causa fornica
cionis facit eam mechari Et siquis
dimissam duxerit mechatur. Nunc
iterum mandat mandatum de matrimo
nio contra discipulos et lasci
vos qui nullum estimant peccatum
uxorem dimittere dato repudio
sine quo nec contra legis man
datum. Propter quod cum primum Mo
yses filios Israel eduxit de Egip
to gentem quidem erat Israelite mo
ribus autem Egipcii propter quod mo
re gentilium contingebat ut vir
odiret uxorem. Et quia dimittere
uxorem non permittebatur paratus
erat interficere eam aut si non
interficiebat propter timorem legis tamen
assiduis cruciatibus affligebat
ideo iussit dare repudium non quod
bonum erat Sed quia remedium
erat mali peioris ne dum ma
lum vitarent facerent peius Er
go propositum fuit legis repudium
dare mandatum ut sine hoc

cidium sine ne et cum voluntate
cordis habendus quod cum facto
fit homicidium coram autem deo de
voluntate. Sicut enim qui irasci
tur fratri suo sine causa et si
non potest occidere eum occidit
eum in corde suo. Et sicut qui
concupiscit mulierem et si non
habuerit eam adulteratus est
eam in corde suo quia volun
tas cordis impedita est non cor
recta. Sic qui odit uxorem ex
cepta fornicacionis causa et sic
eam odit et dimittat eam et
ut nisi haberet licenciam dimittendi
eam occideret eam vel in corde oc
cidit eam quantum ad deum quamvis opus
homicidii defuit ei non occide
re voluntas non defuit. Ergo quia
lex precipiens dare repudium
opus homicidii defuit et non
occidendi voluntas compescuit
non peccatum et non solum homici
dii crimen non sustulit quantum
ad deum Sed etiam alterum dimis
sionis introduxit peccatum. quia li
bellus repudii testimonium est so
luti coniugii. Coniugium in sua
solucione quamquam perfecta dato re
pudio solutum quamdiu coniugium
publicatur spectatum autem solu
cionis magis exaggeratur
cum [illegible] de irascente sine causa
et concupiscente facit Christus co
petenter intulit mandatum de
uxoribus non dimittendis
Si enim qui irascitur fratri suo sine
causa reus est iudicii. quanto magis
erit reus qui sine causa fornicacionis

xiii.

Sicut dicit uxorem si eam
dimittat etc. Sed dicis nullam
culpam habet uxor mea. Quid
ergo tu autem sine culpa es? Si alterius
extraneorum onera supportare
debemus dicente apostolo Invi-
cem onera vestra portate et
sic adimplebitis legem Christi,
quanto magis debemus uxorum.
Si quis viderit mulierem ad con-
cupiscendum eam adulteratur
eam in corde suo, quanto magis
per adulterium condempnatur qui
dimittens uxorem occasionem
dedit adulteriorum committendo-
rum ut et illa adulteretur
cum altero et alter cum illa. Nam
vir populus non solum contamina-
re se non debet sed nec dare
aliis contaminandi occasionem se prohi-
bere aliquid illorum. Crimen ad
ipsum redundat peccatum qui aliis
committendi causa factus est etc.
Vide ergo quia qui secundum legem
repudium dat quatuor committit
iniquitates. Primum quia con-
tra deum existit homicida. Secundo
quod dimisit eam fornicantem. Ter-
tio quia facit eam adulterari.
Quarto quia et accipiens eam
facit adulterium. Nullum autem horum
committitur ubi servatum fuerit Christi
mandatum. Item dictum est non
periurabis reddes autem domino
iuramenta tua. Ego autem dico
non iurare omnino. Iste quintum man-
datum quamvis minimum putat ava-
ri qui bene iurare non putant esse
peccatum. Sed quo non est iste legis

Qui dat repudium quatuor commit-
tit iniquitates

De periuratione

legis mandatum. Nam nisi iura-
mentum introducatur non potest omnino
putari periurium. Ex iuramento enim
periurium generatur. Nemo enim qui fre-
quenter iurat et non aliquando periurat.
Propter hoc admonet Salomon: Ne as-
suescat iurando os tuum. Multi
enim casus in illo. Sicut enim qui
facit consuetudinem frequenter loqui
sua peccare necesse est ut aliquid
et iniuste proferat. Sic qui facit
consuetudinem iurare in rebus bo-
nis frequenter et in rebus super-
fluis eam nolens consuetudine
trahente periurat. Nam omnium re- Auct. pulcre
rum consuetudinem quam volueris
quando tibi faciunt sed non quando vo-
lueris tunc repellas eam. Et qualis
est conscientia iurantis dei sermo docet
Salomon: Vir multum iurans
non exiet plaga de domo eius.
Si ergo a iurantibus plaga non re-
cedit quanto a periurantibus aliquando
recedit. Dic enim amice iura-
do quid proficis. Nam si adversari-
us tuus credit te bene iuraturum
nunquam te iurare compellet. Sed
quia periuraturum se existimat
ideo te iurare compellit. Et cum iu-
raveris non quando in veritate iura-
veris tibi placatus tacet. Sed quando
in condempnatione periurii tui gau-
dens recedit. Iuramentum igitur Auct. Nota
bonum exitum habet. Quidam enim te
existimat avaritie causa iurasse qui
sciat autem et periurasse qui autem
de te bene sentit suspicatur. Et
si periurasse te non credit tu in
veritate iurasse affirmas non

potest. Nemo autem potest defendere te et religiose egisse. Ideo iurans amicus tuus in obprobrium venis ad eos tuus in suspicionem. Sed forte dicis quid faciam quod non credit nec vult credere nisi iuravero. Atqui meste magis pecuniam perdere quam salutem. preciosior est tibi videatur anima tua quam res tua. Et rem aliquam perdidens revocare potes. Si deum perdideris quid revocabis. An nescias quia quod minus amittis propter dei timorem, maiorem mercedem habebis pro illo quam si elemosinam dedisses. Nam quia cum maiori colluctatione facis, pro illo dignius coronam meretur. Certe autem admoneo ne hominem aliquid iurare compellas, sive cognitas male iuraturum, magis recede ab eo, quia et si ille bene iuravit tu iniquitatem ad scientiam tuam periurii illius factus es causa quia eum proposito sit iurare compellis qui sit iurat sed sit periurat. Si autem eum bene iuraturum putares nec iurare compelleres. O insipiens qui alium iurare compellis nescis quid agis. Ille et si periuravit vel cum lucro periurat, tu autem sine lucro periurii illius particeps inveniens. Qui mentiri non dubitat nec periurare timet. Qui enim mentitur veritatem in corde suo transgreditur. Qui autem periurat in verbis suis transit deum. Qui ergo mentitur deum transire et veritatem transgredi. Cum et ipsa veritas sit deus nec sola deum est. Qui

veritatem in corde mentientes transimus, periurantes autem deum in verbis. Nam non hodie bonis satisfactionibus constat deo. Ipse deus qui per iurare precepit ipse et peccata non iurare. Quia David. Cum ergo in iurando non timet dei preceptum negligere nec in periurando timebit quod neglexerit. Qui autem non timet deum an non timet deum sibi timet etiam sine malo non metitur. Si autem non timet magis cum malo potest dicere veritatem. Audite vos clerici qui iurantibus eorum sanctam portatis, quomodo potestis ab illo iuramento esse securi qui scitis periurus datis. Nam quomodo qui ignem portat unde conflet incendium alienum est ab illo incendio, aut qui gladium porrigit unde homicidium committatur non est socius homicidii illius. Sic et qui occasionem hodie prestat periurii vel lega fit periurii illius. Si erat bene iurare iuste dicebatis quia dedimus illis evangelium ut iurent non ut periurent. Nunc autem audiatis quia et bene iurare peccatum est, quomodo potestis esse liberi qui occasionem datis unde peccatur in deum. Cessat ergo et incendium non fit. Subtrahe gladium et homicidium non committitur. Sic tolle iuramentum et periurium non fit. Hec de illis dicta sunt qui iurant per deum. Eorum autem qui iurant per elementa

Nam iurat per elementa eorum iniquitas est execrabilior

comparabilior contemptus Ce-
lum autem et terra et cetera de-
ad ministerium sibi creavit con-
hominibus ad iuramentum Item n(on)
in lege papistarum nisi per consimilem
iuretur nisi per deum Quando autem
iurat per celum per terram aut
quicumque illud est per quod iu-
rat edificat eum spectaculo ydo-
latram se facit omnis qui per
aliquid iurat Etiam si iurare
liceret quia non credit deum de
sua iuramenta sed elementis
Et dupliciter peccat qui iu-
rat deum quia edificat per quod
iurat Et videtur quia si per
singula hanc rationem dat / Cur
quis iurare non debeat per ele-
menta Neque per celum quia
quia tronus dei est i(d est) sedes dei
neque per ierosolimam quia civi-
tas magni regis est non-
magnus rex Neque per caput
tuum quia non potes unum ca-
pillum album facere aut nigrum
Ut si dicat quamvis domini es
nisi per te iures aliquid precabe-
habes nisi unum capillum album
facias aut nigrum Huic ergo per
filios suos iuret quis sine
per se sive per aliquid meliore
facit illud contra ad se deum
Audistis quia dictum est oculum
per oculo dentem pro dente Ego
autem dico non resistere malo
Istud mandatum conveniunt con-
tra ad homines crudeles qui
peccare se non arbitrantur Si red-
diderint mala pro malis non
considerantes que dicitur d(avid) ps(almo)

Si reddidi retribuentibus michi ma-
la decidam merito ab inimicis me-
is inanis / quecumque enim ille de-
buerat merito se pati debere Si
reddiderit retribuentibus sibi ma-
la Sciunt per psalmum omnia illimus
merito passuros Si reddiderit re-
tribuentibus sibi mala Nam
et casum sue ab amicis suis
minores et persecutores est con-
cessamus eorum et comprehensu-
rus et conculcatur in terra vi-
tam eorum et gloriam eorum deduc-
turus Item sine hoc mandato contra
legis mandatum stare non potest / quia
lex recipiens oculum pro oculo den-
tem pro dente tale est propositum ut
unusquisque tamen timet de suo mem-
bro parcat alterius et sic minus ma-
lus inveniatur Sed quia hic modo
a scandalis quidem eum revocari
in hoc modo tamen in malus principa-
tur habet est habundare male
dicentes percutientes et persequen-
tes / Si ergo in corpore sine legis
mandatum omnibus reddere ma-
la pro malis / omnis effunderetur ma-
li et solutum est propositum legis / et
dum volunt etiam malos facere bo-
nos / etiam bonos faciunt malos
Si autem secundum christi mandatum non re-
sistitur malo / et si mali non le-
niuntur tamen boni permanebunt boni /
et sic per mandatum christi complet(ur)
et legis mandatum / Nam qui man-
datum legis complet non semper
complet christi / qui autem complet
christi semper et legis complet Sunt
putantem qui patitur contra legem
agit / quia repetit secundum legem facit /

Nunc ad homines malos et
crudeles

Non autem secundum Christi mandatum
Tu autem secundum Christi mandatum
nec percussus repercutit tacite et
legis voluntatem implevit. Illud
quem percussus est nec repercussit eum
multo magis nec ab inimico re-
percussisset / quia non venit Christus
solvere legem sed adimplere / Sed
dicas quia dignus est repercuti
qui contra legem percussit etiam. Sed
tu non es dignus repercutere / quia
illius discipulus es qui cum ma-
ledictus non remaledixit per-
cussus non repercussit / Crucifi-
xus pro crucifigentibus se oravit /
Si percusseris ergo ipsum ergo dene-
gasti te Christi esse discipulum /
non verbis sed factis. Deinde
cum eum reieceris oculum pro oculo tuo
nunquam restituitur per hoc membrum
tuum in loco proprio / Si ergo non red-
dideris malum pro malo et si
membrum corporis perdidisti non lu-
crum patientie acquisisti / Si autem red-
dideris et corporis detrimentum
passus es et salutis. Sed si
quis te percusserit in maxillam
prebe ei et aliam. Non enim dia-
bolus tantum de vulnere hominis
generis gaudet. Sed in vul-
nere anime delectatur. Ideo enim ex-
citat aliquem qui te percutiat ut
dum tu excitatus repercutis eum
peccatis in uno ictu vulneret am-
bos / Scit enim quia vulnus corpo-
ris cito sanatur / vulnus autem
anime in quibusdam cum labore. In
quibusdam autem nunquam sanatur /
Ideo si repercusseris eum in
prima facie illum vicisse vide-

De vindicta
inferenda

Videaris autem a diabolo victus
es et putas quia te satiasti
de illo vere autem diabolus satia-
sti de te. Si autem non repercusse-
ris eum ab homine quidem victus
videris diabolum autem vicisti. Et
secundum iustitiam dei videaris at
secundum seculi te carnis. Aliquando si
repercusseris eum compescuisti eum
ut iam te non percutiat. Sed ma-
gis excitasti eum ut adhuc te
percutiat. Nam iracundia per ira-
cundiam non compescitur. Sed amplius
incitatur. Quemadmodum si ignem
ad ignem adiungas maior flamma
succenditur. Si autem non repercusse-
ris eum ille non stabit sicut sa-
pit confusus. Si autem non sapit
saciatus est et non solum iterum te
repercutit. Sed forsitan repunctus
corde penitet quia te vel semel
percussit. Certum si insanus est ut
nec primam tuam intelliget nec
confundatur in facto suo. Aliquando
putas tu te amplius vindicare
quam deus eum vindicatur. Ideo
si repercusseris eum perdidisti vin-
dictam quia teipsum vindicasti
et liberasti eum de manibus dei
dei quia reddidisti ei quod fecit
Si ergo fortiter irasceris patientiam
age ut melius vindiceris. Sed
per deum est eum qui vult tecum
contendere iudicio et tunicam tuam
tollere dimitte ei et pallium
Primum intelligitur si sit hic fidelis
fit in iudicio ante conspectum in-
dicans infidelis. Nam et si in-
fidelis non est certe secularis
est / Et quem te venerari debuerat

De ix prudenciam aquirendi

4ta

propter dignitatem fidei. Iudicat
te propter sinceritatem cause et predictos
dignitatem vero propter negocium mun-
dialem et gratiam spiritualem. Si ergo
rem predictis propter proximum proximum tibi
rem restitue propter. Si autem propter re-
perderis proximum res tibi non propter
restitue proximum. Deinde necesse est
ut humiles te coram iudice subdi-
tus fias illi propter sinceritatem cau-
se et predictos dignitate. Et forsitan
quem propter deum non fueras te hu-
miliatur propter lucrum te humilias
et facis rem professionis quam deum.
Tercio quia omne iudicium irrita-
tio cordis est et cogitacionum ma-
larum. Si semel in iudicium in-
gressus fueris iam non deside-
ras ut veritas cause appareat
sed ut quocumque modo victor ex-
istas. Si autem videris quod causa
tua sicut frequenter solet fieri
in iudiciis aut verbis aut fra-
udibus aut peccuniis cause tue
adesse festines. Et si ab inicio
consilium non habuisti ut ageres et
pecca sit agere ipsius controversie
te necessitas compellit. Nam pri-
mum pro lucro tantum festinabas
pecca iam pro pudore contendis et
magis contentus es etiam pecca-
re tantum ut vincas quam vide-
ri tantum vt ne petas hec illius
deus mandat quam magis di-
ligit deum quam mundum. Nam
quam lucrum aut magnum existi-
mat esse dampnum rei incommodi-
tatem putat. Cui ergo difficilius
putat rem dimittere quam in-

iudicio intrare. Hec cogitat quia
difficilius est de iudicio sine
peccato exire facilius est ante iudici-
um rem dimittere quam in iudicio e-
vitare peccatum. Nam ante iudicium
sic discimus iniuria causa avaricie
te compellit post ingressum eciam
causa pudoris. Et quia iniuriam cau-
sa vincere non potuisti propter timorem
dei duas quas vincas. Ergo sicut
Joseph dimisit pallium in manibus me-
tricis et fugit in meliori pallio
castitatis. Sic et tu propter pallium in
manus calumpniatoris et fuge ad me-
liori pallio iusticie. Ne forte dum
vis vindicare vestem corporis ve-
stem preciosissimam anime perdas. Deinde
si videris infideles christianum te per-
sequentes iniurias rependere iuro
res pro eorum facultatibus et
usque ad primam aut secularia pul-
sare iudicia contra direptorem in-
iustum. Quod credunt spem regni
celestis esse veram quam predicant
christiani. Facile enim spernunt eterna
qui celestia sperant. Qui autem ete-
rna magno opere complectuntur nec-
si firmiter celestia credunt promissa.
Non solum ergo propter lesionem animarum
iniurie patienter sustinere debemus
auferenti que nostra sunt non re-
pugnare. Sed eciam propter demonstracionem
indubitabilem christi promissionum
ut ille qui te viderit iniurias
proprias negligentem eternas eciam
res quas inde spernentem intelli-
gat. Quia vere certissima est spes
christianorum in celo preciosior omnibus
rebus eternis et vita iocundior

Spes xianorum certissima

cum omni fructu vite istius tamen
Siquis angariauerit te mille passus
vade cum illo alia duo vt paciencia
vincat illius crudelitatem et ostendas
quia maior est benignitas dei quam sua
quam malicia. In mali magnus hominis

Aug.

Si autem tantum vadis quantum ille te
cogit / quid cognosceris filius dei
Nam in necessitate bonitas non appa
ret / qui ergo te cogit vade propter ne
cessitatem hominis volentis quod
vero te cogit vade propter gloriam dei be
nigni / Si vnum vadis putat te ho
minem qualemcumque fecisse et non
penitet quia te angariauit Si
autem amplius vadis intelligit
quia filius dei est tu / Et ideo inci
pit illum penitere quia vel vnum
te angariauit et hoc tuum addita
mentum non fit illi in mauis sed pe
na prioris audacie Deinde si illum
quidem diabolus excitauit ad te
angariandum et tu videns in iuri
am tibi fieri aut verbis illicitis
contradicitis aut resistis non fac
tis homo et lucrum fecit tibi quod
in illius forsitan homo acquisisti propter
dolorem in mediam perdis / Unum ergo
vnum vade et satisfacias hoc
alterum vade ut te ostendas et illum
castiges Ceterum vt diabolum simul
abundanter confundas / Conue
niet omnia mandata in pauperis
persona conueniunt Deinde autem
hominis diuitis et potentis quod
excitat vt mandata ille alterius non
excuteret / Quidam diuitis et
potentis per calumpniam quod tem
tabit auferre vt mandata ille per calum

pniam alterius non aufert Diuitem
et potentem quis angariat Ergo
diues infructuosus est et quid
adimpleat iusticiam legis et gracie
vt fiat filius dei perfectus Cum
si quis mutuam petierit petieris
Habeo det illi / lex est vt alteri
non tollas et tuum das / Cum ergo
mutuam petimus dat et legem
implet et graciam / Nam qui de su
is libenter dat multo magis
alterius bona non tollit Diues
ergo per patientiam non potest temptari
neque probari quia nemo illi vi
olenciam facit In largitate ap
probatur et temptatur Item pauper
per largitatem non potest temptari et
probari quia non habet vnde largi
atur Et ideo per paciam temptatur atque
probatur Si benignitas eius per
iniuriam non mutatur Denique si
veritatem considerare volumus intel
ligimus tamen quia diuicie nostre
non sunt nostre sed dei / Deus enim dis
pensatores nos diuiciarum sua
rum voluit esse non dominos Et
ideo cui voluit dat eas et a quo
voluit tollit Et ideo ipse est verum quod
in nostra est potestate habere si volumus
Sed aut verum dicatur quod et
si habere volumus non possumus nisi
nobis fuerit datum Deinde considera
vtrumque tibi magis diuicias tra
didit quam illi vtrumque ex alia
eadem luti massa te fecit ex alia
illum et pro te Christum tradidit pro
illo aut aliquem angelorum Si
pro omnia sic illum diligit quo te

11.

quod si [illegible]

Dominica

Nōn ideo dedit tibi divicias ut habeas eas sed ut tempteris in eis. Ideo admonet apostolus divites huius mundi precipue non superbe sapere nec sperare in incerto diviciarum. Sed largos esse et mutuatores bonorum. Vestra paupertas in stitate media est, quia tu in rebus secularibus tue res proficiat ad illius sustentacionem in hoc seculo ut et illius sanctitas proficiat ad tuam sustentacionem in illo. Sicut ulmus infructuosa dat honorem viti ut vitis per se et per ulmum offerat fructum. Ergo iubet nos dominus mutuum dare pecuniam non tamen sub usuris. Qui autem sub usuris mutuum dat in prima quidem facie sua videtur dare. Revera autem non dat sua sed alterius tollit. Nam videtur quidem pietati succurrere. Revera autem in maiorem mittit necessitatem. De uno vinculo solvit et multis vinculis alligat et non propter iusticiam dei. Sed dat propter proprium lucrum. Similis est enim pecunia usuraria aspidis morsui. Sic enim qui ab aspide percutitur quasi delectatus vadit in sompnum et sic per suavitatem corporis moritur. Sic et qui accipit sub usuris pro tempore delectatur quasi qui bisium accipit. Et sic per suavitatem bibitum quod non sentit raptum efficiatur. Nam sic venenum aspidis latens per omnia membra discurrit et corrumpit. Sic et usura per totas facultates eius discurrit et convertit eas in debitum. Sicut enim fermentum modicum quod mittitur in multam farinam totam conspersionem illam corrumpit et facit illam totam fermentatam. Sic et usura in domo alicuius intravit totam substanciam ad se trahit et convertit in debitum. Audistis quia dictum est antiquis diliges proximum tuum et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico diligite inimicos vestros. Hec sententia non datur legem adimplere non mandat apud homines difficiles et invenire dolentes qui inimicum odit et debet implere more pro iniuria non erubescunt. Quid si iustum feceris inimicos odire dominus te in medium ex gentibus in sinu misericordie suscepisset dilectionis. Ille patrem et filium tuum pro omnia humane passionis opprobria tradidit usque ad mortem. Ille inimicum suum adoptavit coheredem per unigenito suo fecit et tu nec nudam dilectionem inimico tuo reddere vis. Nonne quod tibi minimum si grave illud videatur inimicos amare sui consciencias suis sincerum consiliaris sed Nam quod sit iudicis hic scandalum plenum si amicos diligere voluntarium. Non potest inveniri qui eos diligat. Hodie enim iste offendit istum in re tali cras ille istum offendit in alia re. Et ita fit ut si decreverit homo inimicos suos odire necesse est ut odiat eos et odium abolere

Vides quia sicut ex ira homicidium
nascitur et ex concupiscentia ad-
ulterium Sic et odio inimicorum
etiam perditur et dilectio amicorum / Si
autem ad tempus sustines eum quem
modo inimicum postmodum victum in benivo
lencia tua amabis eum quem
odisti puto quod non tantum pro inimicis
nostris / Christus ita ista mandavit
quantum pro nobis non quia digni
sunt illi ut diligantur ab aliquo
Sed quia nos non sumus digni
ut aliquem odiamus Odium enim
De odio spiritus tenebrarum est et in ibi
quod inciderit sordidat sanctitatis
pulchritudinem / Ergo non tantum ideo
iubet diligere inimicos ut illos
diligamus quam ut a malis no
bis quod malum est repellamus
Et ideo non dicam Si leseris
inimicum et si occideris eum tantum ce
amplius nocuisti Sed animam
quam illi secundum corpus et illi for
sitan minus nocens odiens eum
Te autem ipsum sine dubio ledis
Si ergo peperceris inimico amplius
pepercisti tibi quam illi / Iterum com
memoratur quod superius dixi
quod ignorantibus misterium nature
humane impossibile videtur diligere
inimicum / Et vere impossibile est quan-
tum ad carnis naturam quia pas
sionibus subiacet Quantum autem
ad animam possibile est quia liberum
arbitrium est / Ideo et regere et
retinere potest carnem a passionibus
Quamvis enim passibilem regerent
carnem Si passionibus ipsa sit sub

dita Puto autem sicut illud quod
dictum est Ego autem dico vobis non con
cupisces non loquitur deus ad
carnis naturam quia non potest fieri
ut non concupiscat quod suum est Sed
ad animam que non concupiscere potest
Nam quando quamvis corporalibus quibus-
dam motibus excitatur voluntas ad
illicitas non inclinatur ut faciat
opus quod facere instigat Sed
stabili proposito continentia et opera
tione iusticie rationabiles motus
corporis frangit / Et si corpore
concupiscat animus autem non con
cupiscit / Si autem consenserit ex
plere cogitur tunc vere animo
dicitur concupiscere / Sicut et in hoc
loco caro quamvis inimicum suum di
ligere non potest quemadmodum nec est
possibile ut iniuriam non sentiat
sibi illatam / Anima autem inimicum di
ligere potest quia dilectio vel odium
carnis in sensu est / Hec autem
anime in intellectu propterea anima
quidem secundum rationem vertitur Caro
autem insensibilis in passione te
netur / quia anima liberata est
et sub principatu dei est / Caro
autem captiva est et sub principa
tu diaboli est / Sicut et mundus
qui in maligno positus est
mundus ipse de mundo est / Quando ergo
nocemur ab aliquo et si odimus
eum non tamen persequimur odium nostrum
considerantes iusticiam dei Sed
magis confringentes motus
doloris nostri benedicimus et be
nefacimus / Cognosce quod caro

quidem contra edit contra dictum nostrum
que nocitam diligere non potest / circa
autem diligit inimicum / Aliquid si
unusquisque commotus carnis sue
considerat cum illud bonum facere
invenitur / quia omne bonum ad-
versante carnis natura contra-
dicentes nobis ipsis explemus /
Deinde qui te innocente inimi-
catur si incipias considerare quod
a diabolo possidetur et agitur quod
voluntate sua complet per mini-
sterium eius non solum non irasce-
ris ei / sed adhuc misereris eius
misericordia autem creat affectum / Nos
ergo diligere inimicum si iniuriam pa-
teris noli iniuriam presentem aspi-
cere / Sed considera gloriam quam pro-
pter ea in iudicio consequeris / Et
si ex inimici supportare volumus
si dampnum pateris noli hoc
dampnum aspicere / Sed illud perpetuum
lucrum illis enim totum videtur
esse difficile qui retributionem non
sperant futuri iudicii / Benefaci-
te hiis qui oderunt vos / Sciendum
quia carnis dilectio ex
talibus beneficiis nascitur et nu-
tritur / Causa nobis non fuit prius
Ideo iubet nos benefacere ut isti
et eorum odia nostris beneficiis com-
pescant / Si enim dando et acci-
piendo amicitia nascatur que non
erat prius / consequenter odium
et omnis inimicitia benefactorum
assiduitate compescitur / Ergo be-
nefacite odientibus ut ex vestra

benivolencia ipsi se iudicent quod
iniuste vos oderint / Orate pro calum-
pniantibus vobis / Orantes pro
inimicis non tantum illos quibus nos
commendamus deo et magis exau-
dimur per inimicos orantes quam pro no-
bis quia qui pro se orat non gratie operis
exequitur sed nature / Cuius enim pro se
non orat / Qui autem pro inimico suo
orat digne exaudire quia gratie
operis exequitur / Orate ergo pro perse-
quentibus et calumpniantibus vos
ut sitis filii patris vestri qui in ce-
lis est / In quo alio cognoscamus
quod filii sumus dei nisi si fuerimus
similes deo / filii autem spirituales
in sanctitate et illi filii carnales quod
et si similes fuerint parentibus nul-
la laude merentur / Et si dissimiles
nullam vituperacionem / quia non est
potestate hominis qualem accipiat
corporis qualitatem / filii autem dei
si quidem similes fuerint laudandi sunt
si autem dissimiles nimis vitupe-
randi / quia in potestate uniuscuiusque
est mensura faciende iusticie / Si
enim diligitis illos qui vos di-
ligunt quam mercedem habebitis
nonne et publicani hoc faciunt
Et si salutaveritis fratres vestros
tantum quid amplius facietis nonne
et ethnici hoc faciunt .i. gentiles
quia sunt genti / ethnos enim grece
gens latine dicitur / Qui enim
amicos diligunt semper se diligunt /
non propter deum / et ideo nullam
mercedem habet / dilectio non sua dilectio

Qui autem suum inimicum diligit non
propter se diligit sed propter deum
Ideo magnam mercedem habet quia
com̄ dicit motibus suis ubi enim
labor seminatur illic metitur fru
ctus / Estote ergo perfecti sicut
et pater vester perfectus est / Qui dili
git amicum peccatum quod non facit / iu
stitiam autem non operatur Omnium
autem bonum discedere a malo per
fectum autem est ut non solum fugi
at malum sed faciat bonum / Ideo
dicit perfecti estote ut amicos dili
gatis propter peccatum vitandum inimicos
propter iustitiam faciendam quod illud
de pena liberat hoc autem ducit ad
gloriam Nec enim completa est dei gra
tia que non per omnia simulat deum
Ut sitis filii patris vestri qui so
lem suum oriri facit super bonos
et malos et pluit super iustos
et iniustos / Caute posuit super
iustos et iniustos quia omnia
bona deus non propter omnes homines
dat super terram / Sed propter paucos sanc
tos / Contentus est enim ut pec
catores cum inimicum sint a bonis
eius fraudentur Similiter et quod
deus a peccatoribus irritatur ca
stigationem suam non propter omnes ho
mines mittit sed propter solos pec
catores tamen carnaliter et iustos
tangit quemadmodum et peccatores
iram quemadmodum in bonis non se
parat peccatores a iustis / Sic nec
in malis separat iustos a pecca
toribus / In bonis peccatores a
iustis non separat ne separati contristar

de perfectione

se elatos et glorient / Maxime
cum nec mali bonis prosunt sed
nocent magis Nec boni ma
lis noceat sed magis prosunt
Nam male viventes dum bona
paruit ad iudicium suum perci
unt et boni dum mala patiunt
ad lucrum iustitie eis proficit / Atte
dite autem ne iustitiam coram ho
minibus faciatis ut videa
mini ab eis / In superioribus man
davit opus diligere inimicos
bene facere eis Videns autem opus
in ipso beneficio laqueus dyaboli
latebat inclusus quam bonorum
operum soli perdere fructum / Nam
vana carnis natura quemadmodum
prima difficilis est ad incitandum
boni operis / Propterea et in hac
parte nos instruit dicens Atte
dite vobis ne iustitiam i· elemosinam
coram hominibus facia
tis / ut bonum vestrum non ad ma
nifestum vanitatis proficiat sed ad
usum salutis Quod autem pro om
nibus virtutibus periculo
sius esse in omnibus intelle
xit hoc cautius mandat dicens
Attendite ne iustitiam vestram co
ram hominibus faciatis / Cum
pene omnia mala fures dyaboli
occupant / Concupiscentia autem va
ne glorie non solum fures dyaboli
sed et fures dei quam fures dyaboli
Ubi enim res agitur gloria ibi fa
amulus mueit Gloria glorifica
tionis oratio Attendite quod
attendamus locum secretum·

ubi homines non sunt. Sed quid prodest si in loco quidem non fuerit homines. In corde autem fuerit cogitacio vana. Melius igitur est ut in corde non sit cogitacio vana quam ut homines non sint in loco. Sic ergo cor nostrum attendere debemus non oculis carnalibus aspiciens sed sensu vigilanti circumspiciens est. Invisibilis enim serpens et lubricus quem obstruere iubemur et latent insensus ingreditur et seducit. Adeo enim non potest caro sordida aspici sed anima munda. Exemplum sicut enim in loco mundo et specioso si modicum sordis fuerit de longe apparet. Si autem ipse locus sordidus sunt quantitas stercoris iaceat ibi non apparet. Nec enim potest requiri. Si ibi aliquid est mundum ubi totum est stercus. Sic et in corde mundo si subreptio mali suggesserit successerit mox cor suum homo rectus discernit quod a spiritu alieno pulsatur. Si autem cor sunt in iniquitatibus plenum suggestionem mali in se facile non intelligit. Quomodo enim contrarium eius intelligat quando totum sub eo est. Ideo et apostolus premisit dicens ne irascamini ne concupiscatis ne iuretis malum pro malo ne reddatis ne odiatis proximum tuum. Quando quando omnibus malis istis subiectus est cor suum non potest attendere nec intelligere mali seductorem in eo ut in veste candida cito macula apparet. Nigra autem vestis et si tota sordida sunt non apparet cito. Et quia potest fieri ut coram hominibus elemosinam non faciamus aut ut facientes non sentiamus. Si prius aliquo occurrit pauper quod ~~occurrit~~ detur ei abscondere se non et si non videtur tamen videtur quod dat dicendo eum secrete. Sed consideranda quia non dixit tantum ne coram hominibus faciatis sed addit ne faciatis ut videamini ab eis. Quando ergo non facit ut ab hominibus videatur. Et si coram hominibus fecit. Tamen non videtur coram hominibus fecisse. Ergo si sit elemosinam facere non est possibile ut nullus videat aut sentiat tamen eo proposito facere ut non ab hominibus videantur possibile est. Dicit enim dominus. Sic luceat lumen vestrum ut videant homines opera vestra. Si ergo attensa lumpus abscondi non potest. Sic et opus iusticie potest celari. Ergo non illa elemosina magna est apud deum que hominibus visa sunt. Sed que ideo facta sunt ut ab hominibus videantur. Interpretanda omnis hec quando aliquod opus causa facit quam facit de corde suo illius aspicit et personam. Sicut facias epistolam ut alique salutes aliud quam dum scribis epistolam in corde tuo aliud illius videns personam ipse quam scribis epistolam. Exemplum. Item artifex opus tenens in manu sua propter eum ponibus sinis dominus quando ei opus faciendum commisit dum cogitat quam illud facere mandavit hec. Et quando ipse dicit elemosinas

Nota

Elemosine

nemmem videt in corde suo nisi personam dei tantummodo propter quem facit / Ideo et si evenit ut quibusdam presentibus faciat tamen eius actus illos non videt / Et si ipse videatur ab eis quibusdam tristis propter omnia alia quae cogitat et a quibusdam quae ab hominibus vel sit sibi non ipse autem nullum vidisti intendens in id quod cogitabas / quia ac sine corpore apud seipsum potest videre quid cogitavit / Corpus autem sine anima non potest videre / Ergo similiter et contrario potest fieri ut quamvis et nullis presentibus faciat elemosinam et tamen presentibus hominibus videat super in corde suo personas hominum videt / Et ideo si evenit ut faciente illo nullus sit presens tamen coram hominibus fecisse videtur / quia cor eius semper personas hominum videbat / Aliquin non habebitis mercedem apud patrem vestrum / Et mandatum dat et penam proponit ut vanitatem humanam et si non amor iusticie tenet vel timor dampni refrenet / Erat enim dominus vanitatibus eorum subiectam carnis naturam / quam omnis homo quantum ad carnem delectatur hominibus apparere / Nec enim potest fieri ut caro nata de vanitate non sit vanitatis auctrix / Nec dominus admonet nos ut non coram hominibus faciamus nisi sicut omnes homines coram hominibus facere / Eciam mandat alium ne fornicaveris nisi quod castum esse cognoscit / Eius mandat aliud

noli inebriari nisi quod ebriosum esse cognoscit / Sic et admonitio Christi de fugienda vanitate demonstratum est vanitatis humane auctrum mandat / quia et si caro vana vanitatem desiderat et terrena concupiscit gloriam non quaerit in terra / quia non potest terrestris natura gloriam desiderare celestem / Anima autem quae de vanitate de spiritu nata est potest fugere naturam vanitatem terrenam / Caro autem subiecta est cum anima carnalis est enim adversus animam certare potest vincere autem non potest nisi ipsa anima contempserit et vicerit / Anima autem adversus carnem et certat et vincit / Ergo et quem per ea que voluntate sua propter homines facit / ille propter homines fecisse videtur / Certius autem cor cogitatum quamdiu vana ascendit desiderans hominibus apparere / Anima autem intelligens vanas cogitationes contradicat et repellit consilium carnis / Ille propter hoc non videtur fecisse quem secundum carnem noluit / Quoniam ad actus voluit et quae cogitavit passio carnis est quod eligit iudicium anime / Nam sicut propter vanam concupiscentiam carnis dicunt elemosinam factam esse ingratam nullum bonum hominis potest esse acceptabile ante deum / Ita nullum bonum libere facere potest sed semper contra malas cupiditates carnis certando facimus bonum / Eius autem hoc est castus quidam qui

4m

non irascitur concupiscat absit
Sed qui concupiscenciam suam vin
cit · quod est mansuetus nunquam
qui non irascatur absit / Sed qui ira
cundiam suam refrenat / Sicut nec
ille tunc propter deum videtur facere
elemosinam qui humanam gloriam
non concupiscat Sed qui humanam
gloriam cum contradiccione confringit
alioquin in omni opere bono / nec
habemus mercedem nisi malum
contrarius urgeamur per carnem / In
omni enim opere bono scandalum
mali est Sicut scriptum est de
hominibus impiis semitam scan
dala posuerunt mihi ut ipsum bonum
non sit securum et solum Sed iuxta
malum propositum semper temptatum sit
Nota et reprobatum / Sic enim ubicunque fu
erit triticum necesse est ut illic
inveniatur esse zizania Sic et
ubicunque fuerit bonum dei illic
et erit scandalum mundi / Quando er
go tecum tu proposuisti facere elemo
sinam Sed ascendit super cor tuum
velle hominibus apparere / Nunquam
debes subtrahere manum tuam quod
ne diabolus locum vane cogitacionis
dicens apud te / melius est ut
faciam bonum ne tunc inveniar
propter homines facere absit / Sed per
fice opus tuum ne diu vincat vane
cogitacionem resiste prius opus
bonum veniat tibi in mentem
quod dominus ait de Tritico et zi
zaniis Sinite utraque crescere
usque ad messem et ne eradicantes
zizaniam simul eradicetis et triticum

Triticum est voluntas bona quam quando
seminat in homine deus zizaniam
autem cogitacio est mala quam dya
bolus seminavit per carnem / Cum
ergo omni voluntate bene addicat
desiderium mali Si volueris malam
cogitacionem tuam ad plenum tollere sic
tollis et opus bonum / Nam et ipse
diabolus eo consilio seminavit ziza
niam suam in tritico dei ut aut cum
zizaniam mali tollere simul eradicat
et triticum dei Multi enim et continentes
aut virgines mox ad concupiscen
ciam ceciderunt tamen ad plenam volunta
te non concupiscunt ut vellent implere
concupiscenciam suam / Si autem ex necessitate
carnis concupivit et contradixit
concupiscencie sue non peccavit Sed
magis gloriosior est factus quia
vicit tanquam non fuisset pulsatus
Simul ergo dicat scriptura Sinite ut
maturescat utraque i. adimple opus
tuum et duc ad perfectum Et sic illa
quidem vana cogitacio quam ziza
niam vocavi i. solvitur evacuatur et
perit bonum autem opus quod tri
ticum manet Nam sic intelligitur
Si ex voluntate tua fuerit illa con
cupiscencia vana aut ex necessitate car
nis Si ex voluntate tua doles Si
te faciente elemosinam nullus as
pexit Si autem gaudes propterea quod
elemosina tua facta est in silencio
Grato quia concupiscencia illa non fu
it ex ~~ardo enim est quod concupi~~
~~scat Si eciam per quam transierit~~ con
cupiscencia animi tui Sed ex necessitate
carnis / Et id quod zizania
dicitur Sic continuus concupiscencias

De tritico et zizania

Sic continens concupiscentiam suam
probat per si ex toto eius est
quod concupiscit Si eciam per ex-
transsiens concupiscentiam voluntatem
peccandi habet Si autem gaudet quod
non prevaluit adversus eum con-
cupiscentia sed confuse recessit in-
telligat quia zizania sunt
que neccdite tamen natum et que
sunt aut eius voluntas Non
habebitis mercedem apud pa-
trem / Quid enim a deo recipi-
as quod deo non dedisti Nam
quod propter deum fit deo datur
et ab eo recipitur Quod autem propter
homines fit in ventos effunditur
et a nullo separatur / Quid enim
laus hominum — homini laus nisi quasi ventorum
transitorius sonus / Cessavit ho-
mines loqui et perdiderunt fructum
suum quem propter homines fecit ut
ab eis laudetur / Que est enim sa-
Elemosina — piencia res dare et vana lu-
crare aut certe mercede dei con-
tempnere in perpetuum manentis
in celis et fugitivos sermones
hominum eligere / Melius est enim
non facere quam propter homines fa-
cere quia quod facit vel super terram
Et si in celo non invenit in
terra non perdit / Quod autem propter ho-
mines facit et in terra perdit et
in celo non invenit Vel illud as-
pice a quo laudem expectas
quid sentit de te Ideo lau-
dat quia propter deum te facere pu-
tat Si autem intelligeret quod propter eum
facis non te laudaret sed vitupe-

ret magis Quid ergo illi
placere festinas quem si te aliquid
intellexerit deridebit / Sic
enim est homo qui propter homines
facit bonum sicut centenarius
in malus qui intrat tempus locus
omnes sive comedit omnes in-
tecedos suas Cum autem expleto
recessit nudus ei egreditur
Sic ergo vacuus vadit ad de-
um qui mercedem bonorum suo-
rum accipere desideravit in secu-
lo Tu autem cum facis elemosinam
noli tuba canere ante te sicut
ypocrite Vere enim subrepsore
qui propter homines facit Aliud enim
habet in corde et aliud monstrat in
facie ope In facie quidem propter
mercedem hominum facit et videtur
in tecors In corde autem propter de-
um suam gloriam agit et est glorie
mane mercator Tuba enim omnis
actus vel sermo est per quam operis
iactantia demonstratur Puta quod
qui videt aliquem presente facit ele-
mosinam extra autem non fa-
cit tuba est quia per eius iac-
tantiam predicatur Item qui in-
cedente aliquo facit elemosinam
ubi autem non est intercessor non
facit habet Consuetudo mala tu-
ba est Item qui si viderit
honorosiore personam quod plus re-
ferre dat ei Abscondito autem et
alligato pauperi passionem
non dat et habet tuba est / Sed
et qui in secreto loco fecerit
eo tamen proposito ut laudabilis

Videatur. Primum quia fecit homo
quia absconse fecit. Ipsa abscon
sio tuba est elemosine eius.
Et quicquid aliud fecit homo
propter quod appareat aut vult appa
rere quia facit tuba est
propter illud ipsa elemosina dum fit cla
mat de se. Ideo quod tamen loco
net actus secretus suadens et
magis voluntas secreta. Vnde
in omni actu secreto corporali fra
udem diabolus potest. In sola tamen
sua non potest fieri dolus quia
hominibus suademus deo autem
manifesti sumus. Aliquid non in
telligit homo esse vanum quod
ab omnibus vult videri. Sed co
gita amare quod intelligit
vanum. Quod miserius quam natu
ra humana omne ad potest amare
quod sibi intelligit bonum et odire
quod intelligit malum. Volens
homo quod intelligit malum a
mare cogitur et odire quod in
telligit bonum quia duas habet in
se naturas adversantes. Quod
carni placet anime displicet. Quod
anime placet carni displicet. Vt
dicit Job. Omnis vita nostra temp
tacio fit. Et si omnis vita nostra temp
tacio nostra est. omnis vita nostra
et lucrum est. Te autem faciente
elemosinam nesciat sinistra tua
quid faciat dextera tua. Nam
dudum hec omnia significamus
ad animam dici non ad carnem. Se
dit secundo manifeste declarat alioquin
sequitur ad corporis non potest fieri.

Vt nesciat sinistra quod dextera
facit. Tamen cum ambe manus in
adiutorium sibi invicem sunt create
ut altera alteri ministrat. Nec ceto
iungitur opus quod una manus sine
altera sine impleat. Sed secundum quod
diximus super dextera manus est vo
luntas anime semper ad bonum intendens.
Sinistra autem voluntas carnis semper
deo contraria. Nesciat ergo volun
tas carnis quod facit voluntas
anime. Cum ergo voluntas est nobis
faciendi elemosinas propter deum volun
tas est anime et dextera manus nostra. Si
subierit nobis voluntas vana
ut ab hominibus videamur id est volun
tate carnis et manum sinistram re
presserimus nesciat sinistra voluntas
quid facit dextera. Si autem subierit
nos voluntati male consenserimus
et coniunxerimus sinistram voluntatem
tem dextre et dexteram sinistre.
et notum fecerimus sinistre quid opera
batur. Aut aliter sicut capitulo inscri
bitur in libro Canonum qui
est de episcopis. Episcopus dextera est
populus christianus qui est ad dex
teram christi. Sinistra autem omnis po
pulus qui est ad sinistram. Hoc
ergo dicit. Ne christianum elemosinam
facientem qui est dextera infide
lis aspiciat qui est sinistra. Chri
stianus autem si christianum viderit ele
mosinam facientem non est contra
christi preceptum quod ambo dextera sunt.
Vt sit elemosina tua in abscondi
to. Nam tamen in abscondito loco
sed in abscondito conscientie.
Nam si anima intelligit claustra

bone voluntatis inclusa / Sic corporales actus actus abscondere possumus. Si autem animam per varias cogitationes sinimus evagari, quid prodest corporales actus abscondere / quia sic absconditum erit amplius publicemus. Et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi in manifesto / Vide quod absconsio cordis non loci sperat. Deus enim in abscondito cordis est non in absconso loco / Considera quod non convolunt nos Deus in absconso facere, cum tunc appareat opus nostrum alioquin quod dicit: Sic luceat lumen vestrum ut videant homines opera vestra et magnificent patrem vestrum qui in celis est. Sed ut ipse eum ostendat. Nam gratius est omne bonum quod a nobis absconditur / a Deo autem ostenditur. Nam si tu ipse ostendas pauci sunt qui te ipsum laudant id est qui non intelligit quod tu latere putas. Qui autem intellexerit vituperat magis quam laudat / Si autem Deus ostendit neo vituperat nisi forte malus cui displicet bonum. Impossibile est enim ut bonum opus hominis in abscondito dimittat Deus / Sed in hoc seculo manifestat eum et in illo glorificat quia gloria Dei est. Sicut autem opus mali hominis ad gloriam diaboli est. In eo enim malicie eius potencia ostenditur. Sic et opus bonum gloria Dei est. In eo enim gratia Dei ostenditur. Sicut ergo diabolus qui suggerit malum fieri ipse manifestat malum ut ipse suggerit adulterium, ipse suggerit homicidium. Et ipse publicat homicidium. Sic et Deus qui dat bonum fieri ipse publicat omne bonum in manifesto in seculo illo, quia hic contemptus iusticie manifesta non potest esse pro bono opere tuo. Si te fecit divitem quid hic enim solidum bonum. Sed ecce mali sunt divites magis autem boni quam mali. Ideo merces iusticie in divitibus non apparet. Si tibi Deus dederit hic filios vel filias et in hiis bonis conveniunt boni et mali communiter. Et ideo merces iusticie manifesta non potest esse et omne bonum quod est in seculo desiderabile inter bonos et malos commune est. Ideo si bonus dives fuerit non apparet. Celestis autem seculi bona iam non sunt communia inter bonos et malos sed tantum bonorum. Ideo invicem illic sine dubio fecit Deus manifestum est, quia per mercede iusticie sunt consecuti id bonum nisi forte sit in hoc mundo reddat in manifesto faciens eum omnibus manifestum et glorificans eum ut omnes cognoscentes eum Dei hominem esse conveniant. Aut si secundum opera extrinseca et status bonorum iudicamus contraria iudicii in carne in mala et boni et mali in seculo isto. Unde intelligimus quos temptationes contra eos manent bonus et quos puniunt manent malus in opera. Si autem opera videmus bona scimus quod temptatur manent iustus. Cum autem mala dicimus quia punitur in eis quia peccator. Sic et bona nisi videmus

Et peiores pre vider et medium in
stus propterea si opa e madcu
lem malus quod si bona dicit
mus fine toserit dicimus quia cum
tritur hic magnitudo eius nam
illic gravius incidat. Si autem bo
nus dicimus quia reddit eis se
cundum iusticie eius. Thus

Et cum oratis non eritis
sicut ypocrite qui a
mant stare in synago
gis. De oracione est nobis sermo,
quam solam quasi spirituale tribu
tum anima offert deo de visceri
bus suis. Nemo enim iusticiam
quam facit homo secundum potenciam su
am facit et de potencia sua profert.
Solam autem oracionem si fidem suam facit
et ex fide sua profert. Vis autem sci
re quam preciosa sit oracio, nulla vi
sita thimiamati assimilatur nisi
oracio sola. Sicut in revelacione
oracionis ostenditur, quod magnus
angelus ante altaris aspectum pres
sit habens turibulum incensi odora
mentorum in manu sua. Et dictum
est ei: Iste sunt oraciones sanctorum.
Sicut enim thimiama confecta
bene delectat homines odorare, sic oracio
iusta suavis est ante deum. Nos
aut sat dignitatis eius nox
ut de ore processit suscipiunt eam
angeli in manibus suis et offe
runt ante deum. Sicut dicit archan
gelus ad Thobiam: Ego sum
qui oracionem tuam obtuli ante de
um. Vis scire virtutem eius? Ora
cionem pueri fecit ut ignis eos
ardens non adureret et delectaret

De oracione

ut flamma quod videtur in specie mi
raculum autem erat in opere suo. Er
go gloriosa est tanto caute servanda
est ne apud homines facta vilescat.
Qui amat in synagogis orare
putas quia vetat in synagoga
orare in conventu hominum? Sed econtra
sito in conventu vetat orare ut vi
deatur a conviciis, aliogin in con
ventu fidelium orare laudabile est, In die cinerum
sicut dictum est: In ecclesiis benedici
te deum. Et iterum: Adorate dominum
in aula sancta eius. Puto autem
non ad locum. Et hic refert dominus
sed ad propositum orantis, quod qui
sit oracio ut ab hominibus videatur
tenens illius non deum aspiciat sed
homines qui sunt ibi et videtur
sibi in medio multorum orare. Ille
talis quantum ad propositum suum in syna
goga orat. Cuius autem oracionis mens
que solum aspiciat deum si nullum
hominem est mens eius quasi nullum ha
beat circa se quia mens illius non
eum videt quia apud neminem orat.
Et iam quivis in synagoga ora
tum apud se in secreto orare vi
detur. Deinde ut oracio nunc no
vum faciat, quod aspiciant homines
nec qui voce clamat ut audia
tur ab aliis nec expendat manus
suas ut phariseus in templo
ut videatur a multis nec pectus
suum aperte percuciat. Sed abscondite
sicut publicanus in templo neque
imprudenter oculos tollat in
celum ut nobilis fiat. Et ita
que nec ostendit ~~clat~~ clama
tem nec aspiciat tale aliquid
faciet in multos eciam stans

in secreto. Et in angulis platearum. Non dicit in plateis sed in angulis platea-
rum ut ne si in plateis orare-
nt quasi simulatores religionis
vituperarent sed in angulis ut vide-
antur absconse orare astutia cogi-
tatas. Sciunt enim quia hypocrisi
absconse oratio laudabilius est. Se
fingunt se abscondere ut duplicius
laudantur. Primum quia orat. Secundo
quia absconse orat et amplius se
magnificat. Per hoc ipsum quod se ab-
scondunt. Dic hypocrita ut quid vis
ut videaris orans. Nonne quia
laudabilis res est oratio ut quando
vis ut videaris orans nonne quia
laudabilis ergo non fis laudabilis
quam vis ut lauderis. O insana
vanitas esse nolunt quod appa-
rere desiderant. Amen dico vobis
receperunt mercedem suam. Quoniam
quicquid ubi seminat ibi metet. Propter
homines orant non propter deum. Sic et
ab hominibus non a deo laudantur.
Mendaciter orant. Ficte non orant
et mendaciter laudantur cum non sint
laudabiles. Semper enim gratiam religi-
onis vendunt et pro vacuum lau-
dis emunt. Sicut oratio eorum deum
non delectat. Sic nec laus homi-
nes adornat. Quod enim in re-
positum est tam diu est quam diu
quod est. Dicitur fructum tuum ante
finem quam finit et bonum quod
positum erat in verbo. Tu autem
cum orabis. Tu quem quaeris ut ex-
audiaris non quod videaris quam
esse vis laudabilis non apparere.
Tu in auribus dei non oculis

in oculis hominum loquens. Intra
in cubiculum tuum et clauso ho-
stio tuo. Ut nec sibi ibi nisi
tu quando oras et ille quem oras
et ut nullus tecum sit alter
praeter eum quem necessario habes.
Testis enim oratem gravat
non adiuvat. Quia deus orationibus
suis non cogitur sed placatur.
Altum dico altius cordis. Quam
autem sunt eiusdem cordis et si-
mulata sunt orationes vanae sunt
quia hominibus sapiunt in oculis autem
sicut dictum est. Domum autem crede
tuam esse cor unum et autem anima
Melius haec spiritualiter intelliguntur
ad animas dicta. Cubiculum enim
cor est unde intellectus interior et spiritua-
lis sicut scriptum est. Quae dicitis
in cordibus vestris et in cubilibus
vestris compungimini. Hostium autem est
sensus corporis exterior per quem omnia
bona vel mala super animam intrant
sicut in Canticis in persona ecclesiae
sapiens dixit. Vox dilecti mei
pulsat ad hostium: aperi mihi soror
mea proxima mea. Pulsat autem
Christus hominem exprimendo aut per
scripturas sanctas divinas aut per
bonas cogitationes super cor eius
immittendo et ille qui suscipit
eas aperit Christo. Tu autem compelle
claudit. Iubet ergo ut anima in in-
teriorem ingrediatur intellectum quando
oret ut nihil cogitet nisi de quo
orat et quem orat ut claudat
hostium sensus sui carnalis ut omnes
cogitationes carnales et sollicitudi-
nes foras excludat. Si autem oras
de carnalibus rebus cogitaveris

Non introisti in interiorem intel-
lectum nec clausisti hostium sensus.
Et non tacite cum cogitationibus
suspensus aut loquens. Propterea
perdit et tempus. Secundum hoc
et illud sermo intelligi potest. In
media autem synagoga orat qui
in medio multitudinis mala-
rum cogitationum orat. Undique
mundialibus sollicitudinibus c-
ircumdatus. Cum enim oras co-
gitas de uxoribus et de filiis
de matrimoniis de domo de posse-
ssionibus de pecoribus et de
militia de lucro de causis et
alia innumerabilia que sic cor
intrante orantes ascendunt. Pu-
tas quod media tibi videtur hec syna-
goga malorum. Homines enim iste
vane species cogitationum demisi sunt
dividi sensus. Quod ergo non in me-
dia synagoga orat, attende,
qui tot secum dividos sensus habet
spectatores et colloquentes. Ali-
ter possumus intelligere et hostium
domus os corporis ut non clamo-
sa voce oremus deum sed de side-
rio tacito. Clamosa enim oratio-
ne multa mala nascuntur. Incipie-
bat tria. Primum quia clamose orat
non credit deum ubique esse et ab-
scondita audire. Et ideo duplicem
deum orat qui abscondite orat.
Primo quia orat. Secundo quia cre-
dit eum abscondita audire sicut
et audit. Quia deus non voce
clamosa pulsandus est sed con-
scientia recta placandus. Quia
non est vocis auditor sed cor-

De clamosa oratione
que tria mala oriuntur

dis. Secundum autem malum quod
misteria secretarum petitionum tu-
arum quas forte non oportebat
alium scire nisi te et deum in auri-
bus bonorum hominum et malorum
audientia committis et non audi-
ris a deo quia indisciplinate
orasti. Sed adhuc ab hominibus
derideris quibus abscondita tua
manifestasti. Tercium vero malum
quia clamose orans alium iuxta
te non permittis orare vocibus tu-
is rapis sensum illius ad tuos
sermones. Et non solum non ex-
audieris quia male oras sed
adhuc peccatum colligis dum orare
alios non permittis. Sic ergo ora
sicut audisti in libro Regum
Annam oratricem que figuram porta-
bat ecclesie de qua dictum est la-
bia eius movebantur vox
autem eius non audiebatur. Et pa-
ter tuus qui videt in abscondito red-
det tibi. In palam ut tunc cog-
noscat quod orasti. Orantes autem
nolite multum loqui sicut ethnici.
Quomodo orant gentiles sive ethnici tes-
tatur quia sic orant. Orant de-
mones qui et si audiunt quidam
dicunt non possunt, nam neque mala
prestare possunt nisi permiserit deus.
Orant reges mortuos. Iovem
mercurium ceterosque quorum divina
manifestationem quod nova. Qui nec
sibi convenire poterant adiuvare. Orant
idola insensata que nec audi-
re possunt nec dare responsa. Iuste ergo
dum clamant sibi cum tamdiat
quod est. Appetit ad sacerdotes

C.

Baal ad deos suos clamaverunt
ut sacrificium comburerent. Deri-
dens eos helias dicebat clama-
mate clarius fortius. forsitan enim
dormiunt dii vestri. Sic et hodie qui
dormientem deum accusat qui orationem
suam longo sermone prosequitur.
Scit enim pater vester quid vobis
necessarium sit antequam petatis eum.
Si ergo precognoscit quid volumus
non ideo oramus ut exponamus deo
quid volumus sed ut placeat
et prestet quod desideramus. Et
si deus placandus est non do-
cendus non est necessaria longa nar-
racio sed bona voluntas. Sic ergo
orabitis vos pater noster qui es in
celis. Premisit magis quam dominum
dici se volunt ut nobis fiduciam
magnam daret ad petendum et
spem largam ad impetrandum. Cra-
tum non semper impetrat quod
petit. Nec enim semper ex bona
consciencia que iusta sunt petit. Nam
frequenter non considerat quid ad
utilitatem domini pertinet sed ad suam
ideo non meretur semper exaudiri.
Filii autem semper impetrant quia ex
bona consciencia que iusta sunt petunt
nec considerant magis quid ad
utilitatem suam pertinet quam ad patris
ideo merentur semper exaudiri. Et
tu si filium te credis dei illa pe-
te que et tibi expediunt accipe
et illud dei prave. Si autem semper
cum petas carlia et terrena ad
difficile impetras aut forte non
impetras. Quod si terrena ille
respexit libenter non non habebis

Incipit oratio sermonis
pater noster

ante et si habeas ubique admonet
te ut contempnas. Pater noster
qui dixit non meus. Libenter enim
audit deus quando expolimus non
pro se sed pro altero orat. pro se
enim orare nature est. pro altero
autem gracie. pro se autem orare ne-
cessitas rei cogit. pro altero ca-
ritas necessitatis hortatur. Dulcior
autem est ante deum oratio non quam necessi-
tas rei transmittit sed quam caritas
fraternitatis commendat. Qui es in
celis. vult ut sciamus nos pre-
here celestem ut erubescamus ter-
renis rebus subsistere. Scientes
nos habere patrem celestem. Sicut enim
degener filius ad opprobrium
pertinet generosi patris. Sic et
expolimus iniustus ad blasphe-
miam pertinet dei iusti. Nam sic
per bonos expolimus deus glori-
ficatur. Sicut et per malos blas-
phematur. Sanctificetur nomen tuum.
Quod sanctificatum ab homine quem
sanctificat omnia cum quod sanctum est
hoc autem querit ut sanctificetur
in nobis id est ut nos etiam illud sancti-
ficemus in nobis. Tunc ille nos
sanctificet in se. Quia quem suum sancti-
ficat deum non sanctificatur a deo
sanctificamus autem deum in nobis quando
scientes ipsum sanctum timemus et
sollicite vigilamus ne forte
violemus sanctitatem nominis eius
in nobis per opera mala. Sicut
qui preclara veste vestitus est
fugit omnem rem sordidam ne
forte coinquinat ea et perdat gra-
ciam decoris eius. Sic et qui sunt

pit deum in corde suo et de spiritu sancto sollicitus esse debet ne forte contingat eum. Sciens quod si contaminatus fuerit de nobis spiritus quidam de natura sua de mutabilis permanet. Tamen contaminationis sue iniuriam grauem nostro vendicabit interitu.

Adueniat regnum tuum. Regnum dei dicitur retribucio quam accipiunt aut iusti pro mercede iusticie aut peccatores pro culpa peccati regnum dei. Et dicitur sciendum sicut scriptum est. Et colligent zizania de regno eius hoc est de populo xpiano. Regnum dei dicitur iusticia. Sicut dicit xpus. Auferetur a vobis regnum dei et dabitur genti facienti fructum eius. De omnibus enim omnis intellectus aliud est regem esse et aliud regnare. Esse enim deus naturaliter rex est. Sed quod de illis regnat nec omnes homines regnum eius quia nec faciunt omnes voluntatem eius. Quod de hominibus quibus regnat deus dicitur. Dyabolus regnat cum faciunt voluntatem. Vnde sapiens ait. Apostolus dicens. Aduersus rectores huius mundi tenebrarum harum. Non dixit aduersus huius mundi tantum. Sed addidit mundi tenebrarum. Et mundo tamen mundi dominum suum demonstrat. Sed tantummodo tenebrarum quod sunt in mundo. Tenebre autem mundi dicuntur homines iniqui. sicut et sancti lux appellantur. Sic aut



Apostolus iustis aliquando tenebre nunc autem lux in domino. Quia sicut per sanctos deus ordinat in hoc mundo sic et per malignos homines obscuratur. Et potestatem quidem habet deus de hominibus et perdere omnes si vult sicut et ipsum principem peccatorum dyabolum. Nam sicut dyabolus ad suum in potestate dei tamen quantum ad suum propositum non vult esse dei non est de regno dei. Sic et omnes peccatores quamuis sint in dei potestate tamen quia nolunt esse sub eo non sunt regnum dei. Nam hoc iustum dei regnum est quod et ipse vult habere homines sub se et homines cupiunt esse sub eo. Quando autem rex per violentiam cogit homines sub se, illius quantum ad veritatem quid est regnum sed tirannides. Ideo et deus quamuis habeat omnes habeat in potestate tamen volentes recipit tamen potestas. Tirannus fit sicut rex dyabolus plane tirannus est. Quia et nolentes compellat suam facere voluntatem. Quod est quod dicit quia contenderunt duo reges de mundo dei et dyabolo id est iniquitas regnat. Tamen regnum dei id est iusticie. Et ideo dicit tamen. Regnum tuum adveniat quod interim non omnes sunt iusti quod tunc fiet quando omnes inimici cum principe suo dyabolo mittentur in stagnum sulphuris et ignis eternum. Omnes enim sancti resurgent et exutos obviam deo veniat in aera. Et sic in hoc mundo erit cum ipso

Ut omne quod est diabolo totum sit
dei / hoc intelligendum est et de iu-
sticia / quia et modo iusticia et
iniquitas regnat ad consummata fu-
erit iniquitas sublato diabolo
tunc sola iusticia regnabit. Fiat
voluntas tua sicut in celo et
in terra. Aliquando non fiat deus
quod velit ubique dictum est enim deus
omnia quecumque dominus voluit fe-
cit in celo et in terra in mari et
in omnibus abyssis. Sed hoc petitur
ut in nobis fiat voluntas dei
et nos eam faciamus. Cum du-
plex regnum nunc potius est in terra sit
quando voluntas in hominibus sed
non sicut in celo. In celo enim
omnes angeli nullus facit
voluntatem nisi tantum dei. In terris
autem non omnes faciunt dei volun-
tatem. Iniqui enim diaboli faci-
unt voluntatem. Cum ergo regnum
diaboli hoc est iniqui sublati
fuerint de hoc mundo tunc omnes qui
sunt super terram solius dei facient
voluntatem sicut angeli omnes
in celo. Communiter autem accipi
debet quod ait Adveniat reg-
num tuum fiat voluntas tua
sicut in celo et in terra. Et in-
de quam caute locutus est cum dixit
pater sanctificetur nomen tuum in nobis
adveniat regnum tuum super nos fiat
voluntas tua in nobis. Ne se
metipsum videatur in hominibus
sanctificare deus aut regnum super
quos vult adducere aut volun-
tatem suam in quibus vult facere
per hoc iniuncta deus personarum ac-

ceptor. Nec enim dixit Sanctifica
nomen tuum Suscipiamus reg-
num faciamus voluntatem tuam si-
cut in celo et in terra. Ne homi-
num videatur esse quod sanctificatur
deus aut quod suscipimus regnum
eius aut quod facimus voluntatem
ipsius. Sed medie dixit et im-
personaliter. Sanctificetur. Adveniat.
ut utriusque persone opus connexum
demonstrat quia et homo deum
connectum habet. Et deus hominem ad
iusticiam faciendam. Nam sicut ho-
mo non potest facere bonum nisi habuerit
adiutorium dei. Sic nec deus
bonum operatur in homine nisi homo
voluerit. Sicut terra sine semine
nec semen sine terra fructificat.
Sic nec homo sine deo nec deus
sine homine iusticiam operatur in
homine. Ac si diceret Si hoc agi-
tis hoc orantes digni filii dei
estis huius patris. Panem nostrum
quotidianum da nobis hodie.
In primis quod facie sic videtur
vel sonat ut quando dicit Panem
nostrum quotidianum da nobis hodie
ut habeat in crastinum et in po-
sterum. Cum patet hunc pro crastinum
aut in quinque aut in decem diebus
quia potest dicere Panem meum quoti-
dianum da mihi hodie. Illud peti-
tur enim quod necessarium est hodie quod
autem possidetur aut quod adhuc
requirit. Et si est ordo iste aut
opulentas potest tenere aut nulla
quibus enim ita fidelis est cum
possit amplius habere tunc

vi

amplius sibi non sufficiat, nisi quo-
tidianum victum forsitan solus
conveniebat apud quem docendi
gratia per singulas civitates cir-
ca vagabantur. Ipsa cum racio ad
plenius quottidiano victu pos-
sideri non poterat. Sed ita sermo
optime doctrina, ut omnes de capi-
ciat, ne forte quidam considerantes
iusticie, que ad salutem omnium est
preparata, dicant prestans adimpleri
prodest in vacua esse superflua.
Ita ergo intelligendum est quod non
solum in oracione panem nostrum quot-
tidianum da nobis hodie, sed etiam
quod manducat. Sed ut quid man-
ducet de malo donum accipiunt, non
habent ad manducandum, que est
iustos et peccatores, frequenter autem
et abundancius sunt peccatores
quam iusti de malo autem dei acci-
pere panem non est omne. Sed etiam
peccatorum comprepare ergo non convenit
hec verba cum tamen peto preparare ve-
tat. Non quem cum iusticia preparat il-
li dat deus panem quem man-
ducat. Quem autem cum petit non
deus dat illi, sed diabolus, non
omnia quidem a deo creantur, non tamen
omnia a deo subministratur. Vel
subintelligitur panem nostrum
quottidianum. Ita ut dum a deo
datur sanctificatus accipiatur. Et
ideo non dixit panem quotti-
dianum da nobis, sed addit
nostrum, id est quem iam habemus preparatum
apud nos, illum nobis dat

ut dum a te datur sanctificetur, ut
puta si laicus offert sacerdoti pa-
nem, ut sacerdos sanctificet
accipiens et porrigat ei. Cum enim
est panis offerentis, est tamen
ante sanctificacionis beneficium sacerdo-
tis. Nichilominus non sufficit dicere
sic: panem nostrum da nobis hodie,
nisi quod ergo addidit quottidia-
num, ut voluptuosos cibos compe-
scat, ut tantum quantum introducet quan-
tum racio naturalis exigit, non
quantum luxuria carnis impellat.
Si enim in uno convivio tantum corpo-
ris quantum sufficere poterat compluri-
bus hominibus centum convivalibus
moderate, aut etiam ipsi centum die-
bus disciplinate vivente. Item quo-
tidianum tibi non manducans sed
multorum dierum, aut certe sicut
super dixi de elemosinis non de orac-
ione, ut non coram hominibus faciamus,
non quia hoc per se erat odiosum, sed
ut doceat nos odio spectatorum
hominum fugere velle. Ut si per se
est non vendant quod turpe
est sic et hic nos docere vo-
lens, ut de crastino sicud in hoc
mundo solliciti nisi solo simpli-
ci victu, hic mandavit orare:
panem nostrum quottidianum da no-
bis hodie. Non quia illicitum
videtur. Item plures homines
animum eorum pane quottidianum, sed
hoc dicere voluit, ut si per se
quia neque pane quottidiano
plenus erat, plus per se non est
quantum per se habundans. Ite quare

Solum non dixit Panem quotidi-
anum da nobis / Sed addidit no-
strum panem propter duas racio-
nes primo quia omnia que nobis
dat deus sive oracionibus sive
militacionibus tunc nobis solis
dat Sed eciam aliis per nos contra (?)
de eo quod accepimus a deo pre-
impotentibus faciam (?) / Cum ergo
de laboribus suis indigenti-
bus impertit (?) non potest dicere
panem nostrum da nobis Sed me-
um da eum (?) Nec enim panem suum
tantum manducat Sed eciam alie-
num / Deinde qui de iusticia ac-
quisitum panem manducat suum
panem manducat / qui autem eum
petat alienum Et dimitte no-
bis debita nostra sicut et nos
dimittimus debitoribus nostris /
Illum quia ipse orat qui in mali-
ciam fuat (?) adversus alterum a
quo forsitan lesus est Sicut
enim ipse orat mentitur dicit enim
dimitto et non remittitur / Et
et a deo petit indulgenciam et
non illi indulget / Ergo qui le-
sus est sine causa orat deum
nisi indulserit ei a quo lesus
est contrarius (?) quod orat qui non
solum ab altero lesus non est /
Sed ipse per iusticiam alios ledit
et gravat / Sed multum nolentes
dare veniam peccatoribus de se
fugiunt istam oracionem orare / Multi
ti (?) primo qui non sit orat quam
magnum Christus docuit vero est
Christi discipulus / Secundo quia ne

Pater libenter exaudit oracionem
quam non dictavit filius /
Cognovit enim pater filii sui sensus
et verba nec suscepit que con-
paracio humana excogitavit
Sed que sapiencia Christi exposuit
Ergo oracionem quam dicere po-
tes / circumvenire ante et falle-
re deum non potes Nec accipias
indulgenciam nisi prius indul-
seris ipse / Et ne nos indu-
cas in temptacionem Sed libera
nos a malo / Cum multa et
magnifica superius mandavimus domi-
nis (?) omnibus ut deum patrem suum
dicat ut ipse suum de celo cog-
noscat ut regnum dei petet ve-
nire ut non sit falliciti (?) convenit (?)
postquam (?) que omnia magne
spei et iusticie signa sunt Ideo
nunc additur humilitatis doctrina
ut deo dicatur Et ne nos in-
ducas in temptacionem Sic esse
infirmos cognoscat et considera-
cione infirmitatis causam elacio-
nis extinguat / Duo ergo hic
petimus primo ut non inducat
nos in temptacionem Secundo ut si
induxerit liberet a periculo tempta-
cionis Nam vere si secundum veri-
tatem iusticie sue examinaret ho-
mines nullus fieret salvus
Idea autem non difficile temptat
sciens infirmitatem nostram autem
si temptat non tamen diu temptat
quando dum nos committit temptacioni
Sed quod dum nos committit velle
ordinamus et non virtute temptat

Nam

nram sed voluntatem Apls
nos confortate et dicente Cor
x. Temptacio vos non apprehendat
nisi humana Fidelis autem deus
qui non patietur vos temptari
supra illud quod potestis susti
nere volens enim hominem glo
rificare temptat eum ut tam ma
gno iudicio glorificet non sic
tam glorificet Quoniam tuum est reg
num et virtus et gloria tua Ha
bet ad tria que superius premi
ca dixit Sanctificetur nomen
tuum adveniat regnum tuum
Ac si aliquis dicat Ergo non habet
deus regnum in terra quia ora
tis ut veniat Respondit ad illud
enim tuum est regnum Item quia
dixerat fiat voluntas tua si
cut in celo et in terra Ac si dicat
aliquis Ergo non potest deus fa
cere quid vult in terris quia ora
tis fiat voluntas tua ad hoc
respondit quia tua est virtus talem si
dicat Non ideo optamus regnum tuum
in nobis aut fieri voluntatem
tuam in celis quia non est regnum
tuum in mundo nec potes quid vis
facere in terris Sed quoniam regnum
tuum vita eterna est et voluntas
tua est iusticia propterea ne red
gas aliquem sub regno tuo nisi
ipse voluerit nec operaris in ali
quo voluntates tuas nisi
ipse consenserit propterea oramus
ut illuminati a te velis suscipere
regnum in nobis et operari facere

voluntatem tuam Item quoniam dixerat
Panem nostrum quotidianum usque
ad finem Ad illa respondit quia tua est
gloria Nam enim si mihi de est tamen
tibus deum dei gloria est Si illis
dimittentibus debitoribus suis
deus dimittit eis peccata eorum dei
gloria est Si illis non dimittentibus
debitoribus eis dimittitur non
est gloria dei quia non est iudicium
iusticia dei Si autem inducat in tem
tacionem aut inductos Si propter aliquam
causam liberet dei gloria est Et ga
lo quicquid supra orare precepit usque
finem ab eo petitum dei gloria est Si
enim non dimiseritis peccata homini
bus nec pater vester celestis dimittet
vobis peccata vestra Nam superius
cum dixisset dimitte nobis debita
nostra Sicut et nos dimittimus de
bitoribus nostris Modo dixit Sic et
nos dimittimus ut primus nobis de
dimittat peccata nos debitoribus nostris
Erat enim dominus os homines esse in me
dictos quod et si acceperit remissi
onem peccati sui ipse suis debitoribus
non dimittat Ideo hic dixit Si dimit
te sic et nos dimittimus debitoribus
nostris ut primus dimittamus peccata
dimissionem accipias Ergo deum
naturis Omnium malorum prima et Tria sunt genera
fortiora sunt tria id est gula avaricia malorum gula
vana gloria Adversus que dominus tem
ptacionis suscipiens bellum pugnat
pro nobis contra gulam in deserto Contra
avariciam super montem Contra vanam
gloriam super templum Sicut omnium
malorum bonorum sunt tria bona

Prima et secunda sufficiat. i. gula
id est elemosina oratio et ieiunium. Et
vide quomodo adversus tria mala due
ta sunt tria bona. i. elemosina contra a
variciam ieiunium contra gulam oratio
contra vanam gloriam. Dic nobis quare
ieiunium contra gulam ponitur. quia con
trarium est ieiunium gule. Et ele
mosina contra avariciam convenit quia
avaricia congregat. Elemosina autem
dispergit. Oratio quomodo convenit con
tra vanam gloriam. audi omnia mala que
sunt in mundo habent contraria mala
bona per que superantur sicut fornica
cio castitate superbia humilitate
iracundia mansuetudine. Et nul
lum est malum quod non habeat con
trarium suum. Vane autem glorie ma
lum quod habet bonum sibi contrarium per
quod superetur. Ideo ipsa nos bona fa
cere volens compescere vanam glo
riam tanto magis excitas. Et
causa est ista. quia omne malum ex
malo nascitur. Sola autem vana
gloria de bono procedit. Ideo non ex
tinguitur per bonum sed magis nu
tritur. Denique iuste homines peccato
res temptacio vane glorie non habet
totum fornicarius enim aut raptor
quid temptetur in gloria vana quia
non habet unde glorietur. Illi autem tem
ptacionem glorie paciuntur quia tale ali
quid faciunt unde gloriantur. Er
go nullum remedium potest esse contra
vanam gloriam nisi oratio sola. Et
hec ipsa vanitate generatur nisi ca
ute prospexeris. Si forte bene
oraveris. Altera est elemosina

De elemosina

oracio et ieiunio divisio. In le
ge scriptum est non intres ante con
spectum domini dei tui vacuus.
Vacuus autem intrat ante deum qui
veniens ad oracionem nullam elemosinam
facit. Non solum in veteri te
stamento sed eciam in novo precipi
tur per singulas septimanas unus
quisque christianus aliquid in gazo
philacium mittat ad orationem ve
niens. Sicut ait apostolus unus
quisque vestrum per singula sabbata
quod illi placuerit apud se repo
nat ne cum venero tunc collecte fiant.
Item dicit Salomon ante oracionem prepa
ra animam tuam. Ille preparat suam
animam ante oracionem qui faciens
elemosinam venit ad oracionem. Sicut n
oleum accendit lumen lucerne. Ita
et opera bona operatur fide et dat
confidenciam ante apud deum oran
di. Ergo elemosina est preparacio ora
tionis. Item ieiunium adiutorium est
oracionis. quia oratio sine ieiunio gra
cilis est et infirma. Similiter oratio illa
est firma que fit cum spiritu humili
et corde contribulato. Sicut et
propheta David dicit sacrificium deo
spiritus contribulatus cor contritum.
Spiritum autem humilem et cor contritum
habere non potest qui manducat et
bibit et deliciis fruitur. quia pa
nis confirmat animum ut letifi
cat spiritum autem carnis esse humi
lem non permittit esse iocunditas
que venit ex vino. Ideo quando
cumque sitis per aliquam necessitatem
volumus ieiunium cum oracione imperet

Ieiunium et oratio hominem de morte liberat

Sicut Daniel et ceteri qui inde
colunt ordinis ieiunium est quod
quam separant abinuicem et quibus
simul iungunt ieiunium et ora
te de morte liberant Iste hoc
genus non eicitur nisi in ieiunio
et oratione Sicut nec miles sine
armis est aliquid nec arma
sine milite Sic nec oratio sine ieiunio
nec ieiunium sine oratione Sed ex tri
bus bonis prima est oratio / quia
elemosina quidem de rebus exit
Ieiunium autem de corpore Oratio
autem nec de rebus nec de cor
pore Sed de corpore et anima proce
dit Ideo quasi prima et digni
osior duobus in media ponitur
inter duas primo elemosina secundo
post oratio tertia ieiunium / Et quia
elemosina ad orationem precedit quia sine
diatrix et preparatrix vocatur fa
cie ordinis sunt post elemosinam se
quitur / Oratio / post locum obtinet due
mat apud deum Idea autem ieiunium
sequitur orationem / quia non oratio ieiu
nii est adiutorium / Sed ieiunium
orationis Et quod oratio sit ipsius ie
iunium Ideo non ieiunium autem orationem
precedit Sed oratio autem ieiunium E
na diuisio Iste elemosina facit
ante ieiunium et orationem quod est
omnium bonorum sed tamen uictoria Qui
autem peccat et elemosinam facit perdit
quod facit / pro cessato enim
peccato petenti dat elemosina non
pro occurrente a quo penitet non
quod facit quod sit pro peccatum

Inutilis est elemosine lar-
gitio si homo non cessat peccare

peccandi licentiam comparare Item
ille orat quam non quod peccat Qui
autem orat et peccat non rogat sed
deludit eum Item ille ieiunat
quam quod peccat / Qui autem peccat
et ieiunat quod ad dei gloriam ie
iunat nec se humiliat sed sub
stantie sue parcit / Deinde quia con
sideratis ex superioribus quod quam recept
Ihesus discipulis suis salutaria
dat precepta quod statim in primis
mandauit de elemosina autem ieiunio
aut oratione Sed prius expellit
mala deinde introducit bona
Scriptum est non occides / Ego autem
dico non irascaris Scriptum est enim
non periurabis Ego autem dico non
iurabis Scriptum est enim non adul
terabis Ego autem dico non concu
pisces Scriptum est oculum pro ocu
lo dentem pro dente Ego autem dico
uobis non resistere malo Scriptum
est diliges proximum tuum et odio
habebis inimicum tuum / Ego autem
dico diligite inimicos uestros quasi dicat ego
ab his omnibus malis hos
spoliauit tunc dicit uidete ne
elemosinam uestram faciatis coram ho
minibus / Ostendens quod nisi sed
ab illis hominibus recesserunt
prius sine causa hec faciat sed
prius enim oportet mala dimittere
et sic bona suscipere arma quod possit
fieri ~~sic~~ homo nouus nisi
desierit esse uetus / Qui autem
mala non dimittit et bona
suscipit honore suo gratiam perdit

C

Quemadmodum siquis hostibus suis aliquid dulce emittat cum amaro
permixtum dulcedo illa non dat suum
saporem Nolite fieri sicut ypocrite tristes sive de elemosinis
dicens sic ut ne coram hominibus
fiat sive de oracione sic nolite fieri
sicut ypocrite in angulis platearum orantes sive de ieiunio hic
ipse dicat videns quia sciebat do
minus inanem gloriam ex omni bono
procedere sed illam spinam que assi
due nascitur in terra bona iubet
precidere ne spina vane glorie ex
facto ieiunii. Quemadmodum potest fieri ut
non senciatur quod ieiunat sed quemadmodum est ut ieiunium tuum te orante
est tu ieiunium tuum [illegible] autem
dicendum quia non potest fieri ut sit hi
laris qui ieiunat Ideo non dixit
nolite esse tristes sed nolite fieri
tristes Est enim aliud triste esse
et tristem fieri Qui enim naturaliter
propter assiduum ieiunium tristis est ille
est tristis non autem fit tristis Qui autem
per simpoctudinem aliquam palledus
apparent illi non sunt tristes sed
fiunt Si ergo qui ieiunat et tristem
se facit ypocrita est multo magis
iniquior est qui non ieiunat sed
argumentis quibusdam in facie sua
pingit ypocritalem palorem quia ne
ieiunii signum displicet ei natura
sua quia non potest mentiri quod
non facit et miseram faciem car
nis argumentis quibusdam inno
cens castigatur quia fraudibus
non consentit Puto quod omnis
sensitivus intelligit quia hec

Qui ieiunat et tristem se facit ypocrita est

Verba carnalis non intelligunt Non
enim potest fieri ut qui ieiunat
non appareat tristis nec mandat
dominus quod impleri non possumus
Sic enim ideo nos non iubet esse
tristes ut nec per ipsam tristiciam
appareamus hominibus ieiuna
re quia mandat caput in
ge et faciem lavare Si tu ipsum
sonum capitis et lavatam faciem
Si a ieiunantibus sunt absolvet
inveniemus sunt signa ieiunii
Sed hoc spiritualiter ad animam refe
rimus ut ne tristicia spiritualis
spiritualem exterminet faciem Facies
autem spiritualis conscientia est anime eius
sicut quod sicut ondit apostolus
dicens tibi dixit cor meum do
minum requiram exquisivit te fa
cies mea Non enim facies car
nea deum requirit sed conscientia
Item quia facies conscientia appel
latur ondit Iacob cum luctatus
suis fuisset cum homine vidi deum
facie ad faciem et salva facta est
anima mea Vere enim tunc facie
ad faciem deum non videbat quia
cum sciente homines luctatus est con
tra eum deus Non sermo carnis
homo exclamat est dei sed ypo
cris dei sed mente deum videt
unde et israel vocatus est id est mens
deum videns Unde ergo facies anime
conscientia appellatur Sicut enim in
conspectu hominum preciosa facta est
est facies pulchra Sic in conspec
tu dei preciosa est conscientia munda Aliud
aliud est spirituale gaudium aliud

corporale / Gaudium spirituale. Cor-
porale est risus iocus et cetere de-
lectaciones carnales / Gaudium spi-
rituale est spes sicut ait Apostolus
Spe gaudentes in tribulacione
pacientes. Vides quia per fieri
tristitie carnalis / spiritualiter gau-
deamus in spe. Hoc enim dicit de
spiritu sancto quia fluminis impetus
letificat civitatem dei. Item est
tristicia carnalis et est spiritualis t-
ristitia. Tristicia corporalis est afflic-
cio carnis. Tristicia autem spiri-
tualis est desperacio et infideli-
tas. Ideo dicit Nolite fieri
sicut tristes. Hoc dicit ypocrite ho-
mines ieiunant. Non enim ypocrite
homines ieiunant tristem facit
conscienciam suam i. desperantem. Quo-
modo ergo eius consciencia hilaris
sit et sperans in deum ieiunus
suo quando non propter deum sed propter
homines ieiunat. Sic et omnis
ypocrite qui propter homines ieiunant
exterminant facies suas i. con-
sciencias suas ante deum / quia fingen-
tes se propter deum ieiunare non
propter deum ieiunant / Sed propter homines
fallere volentes deum et homines
aut ita Nolite fieri tristes i.
nolite sine spe et sine fiducia
ieiunare. Sine spe autem ieiunat
qui se non abstinet a peccato nec
facit iusticiam. Nam sicut bona opera
spem generant i. gaudium spiritua-
le. Sic et mala opera despera-
cionem i. tristitiam spiritualem / Cum
autem peccatoris ieiunat sine spe

Ieiunat i. non habet unde speret
et gaudeat. Sed est animus eius
desperans et tristis. Ideo autem quando
peccatum et desperacio peccatoris exter-
minat faciem eius consciencie
cui nullus ignorat. Nam semper
conculcatum est eius consciencia
cum peccat. Sic ergo omnis ypocrite
ieiunat non bonis operibus
exhilarantes conscienciam suam in
spe sed malis operibus contrista-
tes in desperacione. Ypocrita est quo-
modo cum peccatis ieiunat. Ergo
ergo est ad gaudium ieiunare i. per
spiritualiter ieiunare deinde corpora-
liter. Nam sicut omne bonum et spirituale
sic est et carnale. Corruptum forn-
icacio carnis est contrectacio. Forn-
icacio autem spiritualis est pravi-
tas. Castitas carnalis est conti-
nere mulierem. Castitas spiritualis
est esse fidelem deo. Humilitas
carnalis est assurgere homini et ver-
bis dicere mollia. Humilitas spiritua-
lis quia alterum in corde suo con-
sideret meliorem quam se. Superbia
carnalis est asper sermo. Superbia
spiritualis cum se existimat esse
meliorem quam alterum. Sic corporale
ieiunium est et spirituale. Corporale est
ieiunium abstinere a cibis / Spiritua-
le ieiunium est abstinere a peccatis /
Nam sicut caro delectatur in
diversis. Sic spiritus carnis delec-
tatur peccatis. Unde Sapientes
omne peccatum libidinem vocant quia
omne peccatum cum delectacione commit-
titur. Pro eo et cum tradebatur

Castitas
Humilitas
Superbia
Ieiunium

Libidinis membrum contra ministerium
generaliter omnium malorum delec
tationem tolleret, que in mala fa
ciunt admodum triste et desperante(m).
Cum enim a cibis ieiunat et
non ab operibus malis ille ap
paret ieiunans non autem sibi ieiu
nat. Quia quantum ad homines
ieiunat, quantum autem ad deum pos
sic ~~ieiunat~~ epulatur malis.
Amen dico vobis receperunt
mercedem suam. Delectatio illa
laudis tam diu sentitur quam di
u auditur. Mox autem dum non au
ditur transierit, transit et delecta
tio laudis. Tu autem cum ieiu
nas unge caput tuum oleo
et faciem tuam lava ut non vi
dearis ieiunans. Tu quam mi
sericors es quam magis ieiunas
corde quam corpore, quam magis te
abstines a peccato quam a cibo.
Et non solum hominibus sed deo ie
iunas. Qui enim peccator est ieiu
nat hominibus ieiunat sed non
non deo. Et non sponte sunt cum
autem vere deo ieiunat quando tamen
se a cibo abstinet quantum ab
omni actu iniquo. Quemadmodum sic cibus
carnem delectat sic omne malum
delectat spiritum carnis. Qui ergo cum
ieiunas si infundas oleum ca
piti tuo vere unctum est. Et si
faciem tuam laves aqua et
unus facie lota non procedit
magis autem sibi hec faciat quam
per signa hec lavationis et

unctionis publicare quos ieiuna
re. Cum ergo simpliciter et plane
hominibus liceat hec est. Tamen pro quo
aggregationem intelligendum sunt
ista sicut ceteri audita tamen
si dicat: Te longe fac te de
bes abstulationem ieiunii tui
ut si potest fieri quod nemo sciat
eum ea facies que diversa lu
xurie et epulationibus videntur
esse iudicia. Spiritualiter tamen per
... quia supprioribus quia faciens
autem conscientiam intelligitur. Pro
ce ergo abstulisti avaricie sordes
... stercora malicie pul
critudinem et lavasti faciem, id est
[conscientiam, struck through] conscientiam tuam aqua
compunctionis de qua dicit Ysaias:
Lavamini et mundi estote auf
ferte malum ab oculis id est ab ani
mis vestris. Si enim nequitiam ab
stuleris ab anima tua lava
sti conscientiam tuam et bene ieiunas.
Item caput tuum, id est sitienti
pota, esurienti ciba, algenti
id est frigenti vesti. Et sic pretio
sissimo unguento id est oleo miseri
cordie unxisti caput tu
um id est Christum qui clamat in evangelio
dicens: Quia quod uni ex
minimis meis fecistis mihi fe
cistis. Tamen autem omnis iustitia
in hiis duobus consistit, primum
ut non facias malum, secundum
ut facias bonum. Ad id quod
pertinet ad fugienda peccata
dicit: lava faciem.

Ad id quod ptinet ad faciendum opera bona ungere caput tuum et eius amabilius sicut maria que primo conscienciam suam lacrimis compunctionis lavit postea infundit oleum super caput xpi et impleta est domus odore illius et tuorum operum fama si fueris talis totam implebis ecclesiam, et quoniam xpus dicit faciem tuam lavare caput autem non lavare sed ungere quoniam dicitur enim sumus in tempore constitutum, natura sordida est semper in peccatum caput autem virum [illegible] lavatur virum non habet sed solam unctionem quia peccatum non fecit nec est dolus inventus in ore eius Nolite thezaurisare thezauros in terra. Primo capitulum ad predictum premissa consequentia ratione quia illud de ieiunio dictum est hoc autem de elemosina. Quod ergo est si in medio sumus in nichil de elemosina vel oratione vel de ieiunio dominus docuit supra sed simulatorum eorum compescuit tamen ut ne coram hominibus faciat ea ut videantur ab eis. Non quia probibitum est ea sic agere ut non ea videant homines sicut supra diximus sed solliciatum fecit hominem ut quantum ad se festinet agere ea ut non videatur ut ipsum bonum opus omnino opus ano magis in affectu sit quam in actu et convenienter eiusdem

et supra legimus quod mandata magis ad opus quidem respiciebant quam ad effectum, non occidas non adultabens [?] et cetera. Cristus ad supplementum eorum spiritualia introduxit mandata ad effectum magis respiciencia quam ad actum ego autem dico vobis qui irascitur qui concupiscat. Sic et hic omnium similia eorum precisa opera eorum bona magis ad cor respiciebat quam ad aspectum. Quoniam autem sicut quod posuimus michi docuerat primus de illis unum secundum supra dictas tres instancias videlicet elemosinarum orationem et ieiunium. Tres consequentias introducit doctrine unam ad elemosinam alteram ad orationem tertiam ad ieiunium de quibus singulis demonstrabimus in suo loco et ad elemosinam doctrina subsequens hec est Nolite thezaurisare et cetera. Ut talis est ordo narrationis. Cum facis elemosinam noli tuba canere ante te sicut ypocrite faciunt in synagogis et vicis ut glorificentur ab hominibus. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Te autem faciente elemosinam nesciat sinistra tua quid faciet dextera tua ut sit elemosina in abscondito ut pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi mandato

Tres instancias [?] ...

De elemosina

De elemosina [?]

Nolite thezaurizare. Et hic
dat consilium ut elemosina fiat.
In illo secundo loco ostendit que sit
utilitas in elemosina facienda.
In tertio loco ut neque timor inopie
accidentis impediat voluntatem ele-
mosine faciende. Nolite thezauri-
zare vobis thezauros super terram quia
non estis de terra (nec de terra) venistis sed
pro tempore suscepistis terram ad
cultus terram. Sed de celo estis et
de celo venistis et iterum redi-
turi estis in celum nisi ultro re-
manere volueritis in terra. Er-
go substantia tua tibi ubi patria tua
est. Unde autem scire quia peregrinus
est in isto mundo audi prophetam
dicentem In terra sum ego incola
non abscondas a me mandata
tua. Que est ergo insipientia et
contentus sis super terram et in ali-
enis finibus condere cum possis in ce-
lo et in perpetuum regnare cum xpo
silia super terram. Ubi tinea
et comestura exterminat et ubi
fures effodiunt et furantur. Omnia
bona mundi triplex interitus
tollit. Aut enim a semetipsis ve-
terescunt et tineant ut sunt ve-
stimenta. Aut ab ipsis dominis in
gulose comeduntur convivantibus
sicut cetere facultates. Aut ab ex-
traneis vel dolo vel vi vel
calumpniis vel quolibet alio
iniquo modo diripiuntur quem omnes
fures dicuntur. Quia per iniqui-
tatem festinat aliena facere

Dia bo [illegible] tollit

sua. Sed dices. Multiplicando omnes
quam hec habent perdunt ea quam-
diu non. Sic facio taliter solli-
citus vestimentum meum et ut
tineat reparando ago et facul-
tates mee non comeduntur. Sol-
licite ago res meas et non di-
ripiuntur a furibus. Item quando
sic dicam quia non omnes perdunt
tamen multi perdunt. Tamen ergo me-
lius est super terram reponere ubi
reponere ubi metus est consuma-
tionis eventus. Autem in celo ubi
est certa custodia. Sic si non cu-
stodieris perdes si custodieris timo-
re et sollicitudine cruciaberis. Ve-
lit autem et si dormis a deo servatur
et si recordatus fueris spe
gratulare. Que est autem stultitia
illic relinquere unde exiturus
es et illuc nil premittere quo
iturus es. Vere autem male
servatas divitias et si corporaliter
non perdidisti quia vel perfirme
tibi ad usum salutis. Tamen
enim per avaritiam tua fecisti hoc est tamen
quod autem reliquimus perdidisti.
Nam quod corporaliter male con-
gregatur spiritualiter dispersum vi-
detur et perditum. Quod autem cor-
poraliter bene dispergitur spiritualiter
id congregatum et repositum in-
detur in celum. Nunc ex-
ponit que sit utilitas in ele-
mosina facienda dicens ubi

xi

dicens Ubi enim fuerit thezaurus
tuus ibi et cor tuum Qui collo
cat thezauros in terra non habet quod
spectet in celo ut quid enim aspi
ciat in celum ubi nichil repositum
habet propterea sive letatur in carnalibus
et terrenis letatur sive contristatur
de carnalibus et terrenis tristatur
Qui autem divicias reponit in
celo quia habet spem in terra ut
quid enim delectetur in terra qui
nichil habet in terra Set unde sive
letatur in spiritualibus letatur sive
tristatur in spiritualibus contristatur
Ergo peccatorum et leticia mala
et tristicia peior quia aut
de lucro terreno letantur aut
de dampno contristantur Iustorum
autem et leticia bona et tristicia
melior quia aut de iusticia
letantur aut de peccatis tristantur
Si enim aliqua causa mortis
advenerit Si quidem spes eius
in terra sit contristatur quasi de do
mo sua ad peregre vadens
ut non dicam ad tormenta Si autem
spes eius in celo fuerit Sic
gaudet quasi peregre ad do
mum propriam reversurus ut dicam
ad regnum celeste Secundo qui
thezaurizat in terris dupliciter
facit peccatum Primum quia male
congregat Secundo quia cor suum
in terra mergit quod dei sunt
recordatur Sed semper que terre

Qui in terra dupliciter peccat
thezaurizat

Et qui thezaurizat in celo du
pliciter iusticiam facit Primum quia
bona seminat Secundo quia semper
suus in deo Et semper que dei sunt
cogitat et meditatur et non que
terre Et quadmodum qui semel ce
perit congregare in terra ipsa con
cupiscencia terrena facit eum magis
sollicitum esse Non solum ne mi
nuatur inde Sed ut magis au
geatur Sic et qui thezaurizat
in celo ipsius concupiscencia spiritua
lis facit eum sollicitum non solum
ut perdat quod habet Sed adhuc quod
augeat super illud quod habet Lucer
na corporis tui est oculus tuus
Crisostomus commemorat Deo quia quod
de cordis oculo loquitur sermo Sicut
de hoc corpore quod videtur a foris
aliquid dixerit Si oculus tuus
fuerit sanus vel mundus Sicut
autem dicit simplex et nequam Sic Luc.
enim omnis qui benignum oculum habet
et corpus eius in tenebris est
eius lucidum est Sic omnis qui ma
lignum oculum habet et infirmum
contingit corpus eius in lumine est
aut si malignum et sanum Quippe
corpus eius in lumine est in tene
bris erit Ergo corpus quod a foris
in carnalis set ab intus in naturaliter
lucerna autem mens eius est per
quam anima videt deum Unde
Jacob Israel appellatus est Is
rahel autem ebraice interpretatur mens
videns deum Ipse qui autem dixit
Thezaurizate vobis thezauros

In celo quia ubi thezaurus tu
us fuerit ibi et cor tuum erit
Conuenienter subiunxit lucerna
corporis tui est oculus tuus
Si oculus tuus fuerit simplex
totum corpus tuum lucidum erit
Ut ostendat quia elemosine faciunt
cor ad deum Cum autem sit cor
ad deum illius oculus lucidus
est i. illius mens spiritualis
mundanis terrenis concupiscenciis
sordida Sicut scriptum est beati
mundo corde quoniam ipsi deum vide
bunt Sicut enim qui graues ocu
los habet si ponas eum in aliquo
obscuro et tenebroso loco me
lius videt Si autem ponis eum
in sole nichil videt quia ocu
li eius non sufferunt solis ca
lorem Sic homo mundialis qui
oculum i. mentem terrenis habet deside
riis sordidatam habet et turbulentam
Si ponas eum in rebus mundia
libus sapit et astutus est Si
autem trahis eum ad res spirituales
obtenebrescat quia mens
illius desideriis deest corrup
ta terrenis iusticie bonum non
sentit Non dico nesciat Sciat
autem sed non sentit bonum iustic
quia non delectatur in eo Preoccupa=
tum enim habet cor circa delectaciones
terrenas Si autem oculus tuus
nequam fuerit totum corpus tuum
tenebrosum erit Que sunt in
nobis tenebre scilicet carnales
maliuoli et iniqui qui semper

v° tremit

desiderat que sunt tenebrarum
et non lucis In quo enim alio
delectatur carnis natura nisi
in auaricia et in libidine in
superbia in deliciis ceterisque
malis que aliquid tenebrosum
morte deducat Et qui intel
ligit quod caro concupiscit aduer
sus spiritum Ille intelligit quod
tenebre sunt carnis natura
Cum autem habet oculum mundum i.
mente spiritualem celestia semper
aspiciente corpus suum seruat
lucidum i. sine peccato Si enim caro
desiderat ea que diuicias mala
la secundum suam naturam habet tamen
mente lucida et spem ad de
um iusticie consideracionem diiudi
cat eam et domum timoris conclu
te reputat eam Et sic quamuis
nolente tamen seruat eam lucidam
i. sine peccato Intellexisti ergo
quod qui oculum habet simplicem
corpus suum lucidum habet Cum
autem oculum i. mentem habet aut
maliciose aliquam tenebrosam
aut diuiciarum concupiscencia turbulen
tam tenebrosum possidet corpus
Nam que res faciunt mentem hominis
spiritualem esse et mundam ipse
res et diuerso faciunt carnalem
et sordidam Quomodo sit munda illius
mens qui facit elemosinam et
spem habet in celo Spes autem in
deum mentem facit spiritualem
et mundam Sic in diuicias

De spe

congregat cum peccato spem suam
ponit in terra / Cum autem habet spem in
terra illius concupiscens est et immunda
est illius ergo tota caro in tene
bris est i. cum peccatis / Caro enim ca
ro secundum suam naturam sicut di
cimus concupiscit perversa / Sed
spem habens in terra et mente eius
corporis turbulante contra eam et contra
dicat / Nec iustitie consideratione
diiudicat contra iudicem futurum pro
tinus reputat / quia contra conficit (?)
eam sit cecus nec intelligit ma
lum quod contra malum est / Et si contra
non potest quod spes non habet nisi in
seculo / Scimus autem quod spes pre
stat virtute ut carnalibus concu
piscentiis resistamus / Cum autem spe
cum habet in celo virtute non habet re
sistere concupiscentiis resistamus /
Et iam fit caro illius tota te
nebrosa / Et contra brevius et mani
festius exponam / Anima prius quam
peccet divino auxilio conforta
ta domina est corporis sui / Et quasi
libera et regina sedet in thro
no cordis sui et gubernat cor
pus suum quasi ancillam suam /
Sed postquam consentit carni sed et
gravibus peccatis se obligaverit
tunc divino auxilio destituta
et contra potestatem spiritualem dominorum (?)
destituta redacta fit debilis
et infirma / Tunc iam non fit domina
corporis sui sed ancilla magis /
Et non iam caro anime subiecta
est sed anima carni / Et quod vult
caro facit / Sed quod exegerit caro

Anima facit / Intellexisti ergo
quod cum oculos mentis sordidos
habet corpus illius tenebrosum
est / Si autem lumen quod in te est
tenebre sunt ipse tenebre quante
sunt / Sicut super diximus tenebrosa
est semper carnis natura / quia semper
peccatrix est / Et si non peccet con
tradicente sibi anima recte peccatrix
et tenebrosa vocatur / quia semper habet
caro peccandi appetitum contra frequenter
etiam iuste anime surripiat contra quod
suum est agat / Homo enim est ita — Pulcre
fidelis quam sanctus quod corrupte est
victus carne / Et si est carnis est
lumen autem cum corde est / Sicut iam
audistis frequenter autem dedi pro
dens i. spiritualis / Si ergo ipsam autem
dominam quod sit et data est ad illuminan
dum totam carnem fiat quasi car
nalis et tremens concupiscentiis tenebre
stat terream semper aspiciens / Me
lius tamen hominis caro Vnde
quomodo involuta est tenebris
peccatorum / Sic enim sit in diversis (?)
cum viro iusto / Contradicente sibi
rationabili anima semper surripit anime
et quod suum est agit / Carnales
parentes de bone (?) malo in instabilitatibus
bus se involvunt eam / Cum anima
que contradicere illi debuerat
consentit ei similia concupiscens
Et alia quidem spem tunc eum
supra deponit veritatem supra propria (?)
dans / Nolite timere pusillus
grex quia complacuit patri vestro
dare vobis regnum / vendite que
que possidetis et date elemosinam

C

facite vobis sacculos qui non ve-
terascunt thezaurum qui non deficiet
in celo. Deinde dicit Sint lum-
bi vestri precincti et lucerne ardentes
in manibus vestris et vos similes
hominibus expectantibus dominum su-
um quando revertatur a nuptiis. Unde
quia nemo potest habere lumbos precinctos
ad serviendum deo hoc modo nec
lucernas ardentes nec expecta-
re dominum suum nisi qui vendunt
que habent quia habent et dant ele-
mosinas et faciunt sibi saccu-
los qui non veterascunt et theza-
urum non deficientem in celo. Ne-
mo potest duobus dominis servire. Vide-
amus ergo in primo quod dictum p-
recedentia consequuntur verba presentia
Supra primus precepit elemosinas facere
dicens Thezaurizate vobis the-
zauros in celo / quia qui the-
zaurisat sibi thezauros in celo
ille cor habet in celo / et spem ad
deum / Ille quia habet simplicem oculum
autem i(d est) mentem mundam et spiritualem
ille potest corpus suum servare luci-
dum i(d est) sine peccato / Qui autem non faciunt
elemosinas nec habent cor in celo nec
spem in deum nec mentem mundam
et spiritualem neque corpus suum
servare lucidum i(d est) sine peccato / Quia
nemo potest duobus dominis servire
deo et mamone i(d est) divitiis / Quia ma-
mona enim syra lingwa divi-
tie appellantur / Sciunt ergo quia in di-
vitiis habet duos necesse est ut unum
amet et alterum odiet / et unum
contempnat et alteri obediat.

Pulcre de elemosina

Sic qui vult deum amare ne-
cesse est ut divitias odiat / Qui
autem vult divitias amare necesse est
ut divitias odiat deum / Et qui
vult mandata dei servare ne-
cesse est ut contempnat avaritie
mandata / Qui autem vult avari-
tie mandata facere necesse est
ut contempnat mandata dei.
Considera autem quod non dixit Ne-
mo potest deum habere et divitias sed
nemo potest eius servus esse et di-
viciarum / Aliud enim est divitias
habere et aliud est divitiis servire.
Si habes divitias et divitie
ille non faciunt superbiendum
violentiam / sed secundum quod po-
tes das in deo potentibus dominus
es divitiarum tuarum et non ser-
vus / quia non te divitie tue
tenent sed tu divitias tuas.
Si autem divitie tue te faciunt
superbum aut violentum et con-
status violentiam avaritia
timendum aliquid prestas tue ser-
vus es divitiarum tuarum non
dominus / quia divitie tue te tenent
non tu divitias tuas. Unde
ad id docet ut ne timor in-
opie impediat ab elemosinis
voluntate domini. Ideo dico vo-
bis ne solliciti sitis in cordi-
bus vestris quid manducetis
Quia sollicitudo desperationis est
filia quia desperatio sollicitu-
dinem generat / Quod est quod dicit
Ideo dico vobis quod ut ele-
mosinas faciatis ut thezaurum

Solicitudo est filia desperacionis

zantes In aliud modum cor habe
atis sperantes in deum / qui autem
sperat in deum ille non est sollici
tus / quid manducet aut quo (Aug)
vestietur / quod nulla res que
facit homines desperare in ali
necessitate / nisi ista res quia
non habet spem in deum Ne in
que dicas nichil volo esse sol
licitus Nichil nolo esse solli
citus sed ipsa res me cogit /
Nichil non volo sperare in deum
sed non possum / Cor enim meum
me non audit Nescis quid pa
teris langues et causam tui
langworis ignoras / Ecce do
do tibi causam ut in sua neces
tate nequaquam desperes / fac
bene et operare iusticiam / ut spe
habeas apud deum et non despera
bis in terra / Bona enim opera sunt (Aug)
que sperare faciunt et mala ope
ra desperare compellunt / Unde
ea non tamen dixit propheta / Spera
in deum et habitabis terram et
pasceris in divitiis eius Sed
dixit Spera in deo et fac bo
nitatem Ne solliciti sitis quid
manducetis Non dixit Noli
te laborare sed nolite sollici
ti esse Ergo solliciti esse veta
mur laborare autem iubemur /
Sic etenim dominus loquitur ad adam
Non dixit In sollicitudine
cordis facias tibi panem / Sed
in labore et sudore faciei
tue / Ergo non cum sollicitudi
nibus spiritualibus sed laboribus
corporalibus acquirendus est panis /
Sicut enim laborantibus pro panis
diligencie deo prestante panis
abundat / Sic cordi dormientibus
et negligentibus pro pena ne
gligencie deo faciente subtrahitur
Nonne anima plus est quam esca
et corpus plus est quam ve
stimentum / Hic confirmat spem
nostram et primum de maiori de
scendens ad minus deinde de mi
nori ad maius ascendens /
Quasi si animam dedit / escam non da
bit / Quasi si corporis plasmator
vestitum non prebebit / nisi vo
luisset esse quod non erat non cre
aret / Et autem sic creavit ut
per escam fieret / Necesse est ut det
et escam quandoquidem voluit esse quod fe
cit quod est a minori ad maius
Videte volatilia celi quoniam non se
runt neque metunt Et avibus
prestat / hominibus non prebebit ali
turam / Si illi non laborantes inve
niunt escam / homo non inveniet cum
deus dedit et operandi scienciam et
fructificandi spem / Omnia enim
animalia deus propter hominem fecit
fecit autem hominem propter se / Ergo qui ani
malibus ministrat propter homines homini
quomodo ministrabit propter seipsum / Alia
deus cum sapientia fecit / hominem autem
solum non solum cum sapiencia / Sed
eciam secundum suam sapienciam / Quanto igitur
preciosior hominis creacio quam alia
rum / tanto maior sollicitudo dei
de hominibus quam de animalibus

Omnia deus fecit ut tam diu
fecit sint quam diu sunt / Quid vero
commortua fuerit / homines autem
fecit non solum ante mortem / sed
etiam ut post mortem vivat / Ma
gis autem post mortem quam ante
mortem / quia ante mortem de temp
tacionibus vivit post mortem autem
in gloria / Si ergo illis occurrit
quos sic creavit ut tantum vi
deant / hominibus non occurrit
quos fecit ut in perpetuo vivant
Quis vestrum cogitando potest adi
cere ad staturam suam unum cu
bitum / Si ergo cogitando modicam
partem corporis vestri addere non
potestis / quid cogitando salua
di estis in toto / Deus qui te
in utero formavit ex menstruo
et de periculo cum periculo nascente te
de utero matris eripuit te /
non solum non cogitantem sed ne
que scientem / Deus qui per singu
los dies incrementa corporis
tui / et sapientiam facit te non intel
ligente / Si ergo in tempore quotti
die providencia operatur / quod de
ceterus tamen cessabit / Conside
rate lilia agri quomodo crescunt
In tempore opportuno tempore sta
tuto formantur / cum frondibus
vestiuntur / candore implentur / can
doribus et quod radici terra non
dederat neque radix illi deus
illi invisibili operacione largitur /
neque plus istis et minus aliis
sed in omnibus eadem prudencie
plenitudo servatur / ut non a se ipsis

creata nec eventu fortuito putentur
sed dei providencia intelligan
tur esse disposita / Numquid la
borat neque net / Dicendo non
laborat intelligi vult viros /
dicendo autem neque net intelli
git mulieres quia virorum
vita fermatoribus mulierum
autem lanificio sustentatur / Neque sa
lomon in omni gloria sua sic ve
stiebatur / Quia salomon et si
quid laborabat neque sollicitus
erat quomodo vestiretur tamen vel
iubebat vel disponebat vel
sciebat ubi autem iussio quod dis
posicio illius et ministracionem
offensa frequenter inveniunt /
et iubentis iracundiam excita /
bat autem nescivit quod sit or
natur / Illis homines ministrat
istis deus / Si enim fenum agri
quod hodie est et cras in cliba
num mittitur deus sic vestit quan
to magis vos modice fidei
Si ergo floribus sic occurrit qui
creati sunt ut tantum videantur et
poterat homines negligere quos
sic creavit et quod tempore vide
antur / Sed qui perpetuo sunt / Et
propter quos omnia que vident
fecit / propter quos prophetas misit
et legem dedit et ceteris mi
lia operatus est bona propter quos
filium unigenitum tradidit qui
intelligit quid est homo non de
sperat de deo / Qui autem non de
sperat de deo nescit quid est
homo / quia deus in homine

vi

et Homo in deo. Nolite ergo
solliciti esse dicentes quid man
ducabimus aut quid bibemus De
inde enim quam natura creauit
quam regulam terre mandauit
ut producat terra herbam pabu
li / ideo velit aut non velit bo
nus et malus comminat / quia li
ra iusticie iussa est non iudicare
bonum aut et malum non est natura
creauit / Sed in arbitrio nostro posu
it sunt in quo velimus sumus ideo
bonus palma apponit / malus
aut pena / Que est ergo sapien
deo esse sollicitum quod si sollicitus
non fueris per deos / Nam escam et
si sollicitus non fueris de illa
inuenies / Iusticiam aut nisi
sollicitus fueris non apprehendes
hec enim omnia gentes querunt
quod in rebus humanis fortunam
credunt esse non prudentiam ne
quod iudicio dei vitam nostram gu
bernari estimant / Sed in certo
diuina euentu / ideo merito timent
merito solliciti sunt et desperant
quam qui veniet hunc guber
natore / Qui aut credit se iu
dicio dei gubernari non in cer
to diuino euentu escam quam
suam in manu dei committit sci
ens / quia neque sine volun
tate et iudicio dei fames
et mendicitas occidit / Cogitat
aut et de bono et de malo
sciens quia nisi sollicitus
fuerit nec malum fugiet nec
bonum apprehendet / Ideo dicit

Querite primum regnum dei et
iusticiam eius / Quid est regnum
dei est retribucio bonorum et ma
lorum / Iusticia aut est via pie
tatis per quam itur ad regnum / Er
go die ac nocte cogitans qua
lis eum gloria sit electorum vel qualis
eum interitus impiorum vel pec
catorum necesse est vt aut propter
timore pene territus recedas
a malo aut propter desiderium glorie
excitatus festines ad bonum /
Et si cogitaueris quottidie
que sit iusticia dei et quid
amat et quid odit / ipsa iusticia
ondet tibi vias suas / Nam iusti
cia sicut odientes se fugit
sic amantes se sequitur / Nec in
datum summus racionem nostram pa
uperes simus aut diuites / quod nec
hoc sunt in nostra potestate / Sed si bene
egerimus aut male quod in nostro
iacet arbitrio / dictum est ad hominem /
maledicta terra in opere tuo / videns
quia propter peccatum hominis maledi
cta terra / ut non germinet / Vndique
aut ad bona opera faciamus non
enim propter hoc nati sumus ut man
ducamus aut bibamus et induamur
Sed ut deo placeamus et fruentes
potiamur bonis / Tunc ergo quere
iusticiam et non deerit tibi panis
Tamen sicut propter mala opera fruc
tus terre subducti / Sic propter bona
opera habundat / Propterea dicit
Querite regnum dei et iusticiam
eius et hec omnia apponentur
vobis / Nolite ergo solliciti esse

Nota bene pulcre

In crastinum id est dupliciter quia quod dicit hodie hoc solum signat quod opus habemus et vita nostra presenti. Quod autem dicit cras quod super necessitatem superfluum est ostendit. Nichil curetis superfluum habere quam quod necessarium est vobis ad vitam cotidianam. Quod autem superfluum est quod cras eveniunt esse. Ac si diceret superflua que tibi cumque congregaveris illa se tecum habent te quamvis non eis fruente sed post autem convenient ad nos multos qui ea procurant sicut eis placuerit. Quid ergo cures de illis quorum potestatem aliis dimissurus es. Sufficit enim diei malicia sua. Ac si dicat sufficit est labor et miseria quam pateris in vita ista propter usus cotidianos quos necessitas habemus. Noli superflue superfluus laborare ne labor quem teneris fruatur autem alter. Maliciam autem diei ipsam afflictionem appellat sollicitudinem presentem et laborum et laborum. Non sicut manichei dicunt mala esse quam ipsa creatura dei. Capitulum VII.

Nolite iudicare ut non iudicemini. Iste locum hunc secundum hoc modum sic exponunt dicentes quia dominus hoc mandato non prohibet christianos ex benivolentia corripere christianos dignos correptione.

Sed ne quis per iactanciam iusticie sue christianos despiciat peccatores derogantes frequenter de meritis et ex solis plerumque suspicionibus odientes ceteros et condempnantes et sub specie pietatis proprium odium exequentes et propterea ne siquidem christianum corripiat christianos convenit sermo qui dicit Nolite iudicare. Si autem non corripuerit utrum conveniat illud quod dicit ut non iudicemini nescio quomodo quia illud solum si non sit corripuerint peccatores consequitur cum indulgentia peccatorum suorum secundum quod dictum est ut non iudicemini. Si enim iudicas sicut iudicare non debet male facimus. Sine dubio non iudicantes penam peccatorum propriorum ex hoc non consequuntur quia non iudicaverunt male. Quis enim consequitur cum indulgentia mali secundum peccatoris quia non addidit ad alterius malum. Certe si qui in se peccantes non iudicaverint nec ipsi iudicabuntur a deo pro suo peccato. Hec dupliciter nolentes unde quia hic sermo non est positus de proximis non iudicandis qui peccant in deum sed qui in nos peccant. Quod est ergo nunc exposuit consequentia ad iusticiam elegantem pertinentem. Nunc autem incipit exponere consequentia ad iusticiam

vij

ordinis respiciente. Et hec doc
trina est quadammodo parochialis
(ipsius) ordinis ut sit talis ordo narra
tionis / Et dimitte nobis de
bita nostra sicut et nos dimittimus
debitoribus nostris et ne nos in
ducas in temptationem Sed libe
ra nos a malo / Nolite iudica
re ut non iudicemini / quia cum iu
dicat quis proximum suum propter peccatum quod
fecit in eum, illum nec deus iu
dicat propter peccatum quod fecit in
deum / Sed dimittat deus debitum
eius / sicut et ipse dimisit de
bitoribus suis / Sicut enim ce
tera universa membra manda
ta generaliter cunctis mandantur
tam sacerdotibus quam laicis pre
cipue tamen doctoribus / quia quan
to maiores sunt in ordine
tanto perfectiores debent esse
in disciplina / Sic et hoc ma
datum datum de proximis non
iudicandis / ad omnes quidem
pertinet precipue tamen ad doctores
unde quedam sunt mandato
rum istorum que si diligenter a
spicias non conveniunt laicis
nisi forte per unum / Doctoribus
autem omnino conveniunt / quale
est hoc ipsum quod sequitur Quid
autem vides festucam in ocu
lo fratris tui trabem vero in ocu
lo tuo non vides / Ypocrita eice
primum trabem de oculo tuo
et tunc videbis eicere festucam
de oculo fratris tui. Videres enim
festucam in oculo fratris et eice

eam posse non est omnium / Sed tamen
doctorum qui per doctrinam vel intre
patiam Sed debent eicere de
mente fratris secundum peccatum suum ma
gnum vel mediocre Sed et illud
quod dicit Nolite sanctum dare ca
nibus neque margaritas vestras
mittatis ante porcos habere
enim vel sanctum vel margaritas et
posse dispensare vel bona vel
mala et discernere quis homo
sit canis et quis porcus non
est omnium Sed tamen rectorum vel er
go dominus doctores canonum sic
in omni iustitia Sic et in hac
parte Deinde docet ut bo
nam doctrinam suam per meli
orem vitam commendet et bene
dicendo sanctam inserat / Melius
autem movendo timore quia sa
les sunt terre condientes omnes
vite sue exemplo et lucescunt
doctrinis illuminantes Nemo autem
audiat illum docentem qui
seipsum non audit Ideo dicat ad
omnes precipue tamen ad doctores
Nolite iudicare ut non iudice
mini quia si doctor melior sit
iniurie doloris et memoria
maliae servat in animo sua sol
licitudo totius ecclesie status / sive ad
tempus respicias apostolorum / sive
ad nostrum / tunc enim sicut legimus
officiale aliquos committebant
ad fidem Christi nisi prius multa
pateretur ab ipsis Nam quando
lassato et devicto diabolo per
sufferentiam eorum nimia usque
ad mortem et relinquente diabolo

de pacientia apostolorum et doctorum

corda infidelium et iam quasi ante
contentem amplius eos armare
attendente gratia dei convertebantur ad
christum. Si ergo predicatores fuissent in-
iuriarum quas fuerant passi ab
eis inmemores eos perimendo in civi-
tate docuissent nunquam eos perimo
ad christi fidem libenter recepissent.
Sed et nunc cum frequenter docto-
res offendantur a laicis sive
iuste sive iniuste data eis sedulan-
te occasiones. Si inmemores
sint iniurie doloris totum sol-
vunt etiam. Nam ubi recordatio
iniurie aut doloris in medio
est nec doctor forsitan benivole-
ter docet laicum nec libenter eum
laicus auscultat. Et doctor for-
sitan non invitus aperit os
suum ad docendum, laicus cum sit
odio sine dei timore. Nec iusque
ad faciem contentus est eum au-
dire. Sed converso dorso egreditur
et se et illum spernens et odio
se quam illud sed non sentit anime
sue dispendium efferatum. Sicut
nec bestia irritata vulnus in
se fixum sentit. Hoc exemplum
lucas evidenter late prosequitur di-
cens Nolite iudicare ut non iu-
dicemini. Nolite condempnare
et non condempnabimini. Dimit-
tite et dimittemini. Date et dabi-
tur vobis mensuram bonam et con-
coagitatam confertam et commo-
tam et supereffluentem dabunt
in sinum vestrum. Eadem mensura
qua mensi fueritis remetietur vobis

Et quis sit ille qui nec iudicat
quis autem qui iudicat quidem
et non condempnat. Et quis
est qui condempnat quidem et tamen
dimittit. Et quis est qui dat ex-
positio ibi et qui superfluia qui-
dem mensura maior qua commo-
ta et commota maior est quam bo-
na et iusta. Sic perfectior est ille
qui nec iudicat quam ille qui
iudicat et non condempnat
melior est illo qui condempnat
et dimittit. Sic autem matheus
omnia illa brevi sermone conclusit
dicens Nolite iudicare ut non
iudicemini. In quo enim iudicio
iudicaveritis iudicabimini de vobis
intelligens quod iudicium sermo
ad omnia pertinet illa. Nam et
qui iudicat tamen peccatorem in se
et non condempnat iudicat
hoc ipsum enim condempnare iu-
dicare est. Ergo pro illo quod lu-
cas dixit Nolite iudicare et
iudicantes nolite condempna-
re iste dixit in quo iudicio
iudicaveritis iudicabitur de vo-
bis id est si iudicaveritis et non con-
dempnaveritis similiter nos iu-
dicabimini. Et quod ille dixit di-
mittite et dimittemini date et
dabitur vobis iste dixit in qua-
cunque mensura mensi fueritis
eadem remetietur vobis. Hoc est
si non rogati dimiseritis pro-
ximis vestris peccatum solo dei
respectu et deus ex se prius
quam rogetur a vobis dimittet
vobis. Si autem rogati vel

vij

dederitis et deus vobis tunc da-
bit premia ad dignus pabulis et
congrua laudatione eum o͞aui͞t
tus / Cum ergo dixisset saepe si-
cut dixi doctoribus Nolite iu-
dicare ut non iudicemini conveni-
enter addidit et dicit Quid autem
vides festucam in oculo fratris tui
trabem vero in oculo tuo non
vides i. trabem in oculo tuo
non vides ut quid vides festu-
cam in oculo fratris tui / at si di-
cat melius est non videre nec
reprehendere laicum quam docere
et reprehendere et ipsum irreprehen-
sibilem consistere / quia talis doc-
trina nec est amabilis nec con-
siderabilis propter quod omnis sacer-
dos exemplum docere si vult prius
seipsum doceat Si autem seipsum
non vult docere de omni quod
docet / nec seipsum arguere de
omni quod arguit / nec alios
doceat nec arguat quemquam /
Et si iudicas dominum non evadit
i. sola nec opprobrium homini non
pariat / Aut quid dicis fratri tuo
sine eiciam festucam de oculo fratris
tui et ecce trabes in oculo
tuo i. cum qua facie arguis
peccatum laici fratris tui ipse in
eodem aut in maiori peccato con-
sistens non times ne audias
ego dixi so / Medice cura teipsum
Si medicus opprobrium est quia nec
alterius sanitatem habet in pecca-
te nec sanat Si alius curare
velit et ipse debilis sit
quam testimonium complete sue por-
tat in corpore suo propriam passionem
Sic doctor non sit opprobrium
alios velle eruere a peccato et
ipsum in maioribus peccatis esse cum
possit amplius seipsum eruere
a peccato quam alios aut ita Quid
dicis fratri tuo i. quo proposito putas
ex caritate cordis dicis ut salves
proximum tuum non ut te simules
iustum Si autem ex caritate cordis
arguis proximum tuum ut salves
teipsum ante salva / Numquid potest
esse ut benivolentior sis alteri
quam tibi / Et quid teipsum nolis
salvare et alterum velis Quis
enim doctor qui alterum in quali-
libet reprehendit delicto et ipse
in eo consistit non se prius corri-
gat certum est quia alloquens in-
terius alios non vult salvare
Sed per totam doctrinam bonam ma-
los actus suos i. celare et sibi
laudes ab hominibus quaerit non
edificationis mittendam a deo et
est ypocrita / Ideo competenter addit
et dicit Ypocrita eice primum tra-
bem de oculo tuo et tunc vide-
bis eicere festucam de oculo
fratris tui Ypocrita est omnis doctor
qui non prius facit bona et pos-
ea docet / Dum enim docet bona
confitetur se iustum coram hominibus /
Dum autem mala agit / peccatorem
se constituit contra se / Sic ergo di-
sce primo libere et fiducialiter repre-
hendere laicum et eice de oculo eius

S.

mentis peccatum / quomodo tuam ipsius
mentem purga ab omni macu-
la ne si tu eum argueris laicum pro pec-
catis eius ex adverso laicus non
habeat unde redarguat te pro tuo
peccato / Nam contemnet te tamquam
se cum non promittit quod contemnet
cum te / Forme enim peccatum non secundum
actum suum diiudicatur modicum aut
magnum / sed secundum personam peccatoris /
Laicus enim et si fecit magnum
peccatum modicum est / festuca est
quantum ad sacerdotis dico peccatum /
quia laicus est doctor et si modi-
cum fecit peccatum magnum et trabs
plus est quantum ad laica dico pec-
catum / quia doctor est / Nolite
sanctum dare canibus neque mitte-
ritis margaritas vestras ante
porcos / ne forte conculcent eas
pedibus suis et conversi disrum-
pant eas / Cum super dominus
mandatum dedisset omnibus pre-
cipue autem doctoribus ut dili-
gerent inimicos suos et benefacerent
eis / Item paulo ante ut ne iu-
dicarent eos qui peccant in eis /
Considerandum quod qui persequntur
sacerdotes dei aut iniuriant eos
aut ledunt / plerumque aut infi-
deles sunt quales sunt genti-
les vel heretici / aut si christiani
sunt sordidi sunt et insensati /
qui nec considerant nec intelli-
gunt sacerdotes ministros esse christi
Et quia qui honorat sacerdotem
christi honorat christum / Et qui iniu-
riat sacerdotem christi christum iniuriat

Laicus non committit peccatum quod sacerdos

Qui honorat sacerdotem christi honorat christum

ne forte inter vos se cogitent
sacerdotes dicentes / Si iubemur
diligere inimicos et benefacere eis
si iubemur nec iudicare eos pec-
catores qui peccant in nos / ut
non debeamus iudicare peccatores
qui peccant in nos ut non solum
inimicos sed etiam que gratia dei
eis committimus ut sit plena virtu-
tum divina et dei / Ideo talem
estimationem eorum previdens Symone
compescuit dicens Nolite sanctum
dare canibus et margaritas vestras
nolite proicere ante porcos / ac si di-
cat Mandavi vobis diligere inimi-
cos vestros et non iudicare eos
ut vos prohibeam inquisitores
ad illos ut benefaciatis eis de
vestris corporalibus non de vestris
spiritualibus passim quod inimicus natura
vobis inimicos non in fide man-
davi vobis / ut non iudicetis
eos qui in vos peccaverunt non
ut misteriorum meorum secreta pan-
datis eis qui nolentes sancte
blasphemant et spernunt / Videte pa-
trem nostrum deum ad eius exemplum
volui vos esse inquisitores qui cor-
poralia beneficia dignis et indignis
similiter prestat / Non indignis gratias spiritu-
ales / Nec enim vobis dixi de
illo quia spiritum sanctum iubet de-
scendere super gratos et ingratos
et dat benedictiones suas super
iustos et iniustos / Ergo quid
et in vestris quoque estote simpli-
ces et benigni / In nostris autem
prudentes et cauti / Si tu

Vestiarium studiosum prudentes
et ~~cautum~~ claviclarium celari-
um requiris tibi fidelem quanto
magis talem debes querere dispen-
satorem gratiarum suarum / qui be-
ne tractando gratias eius
faciat gratiores non male dis-
pensando reddat ingratas / Si-
cut enim si canibus dederis sanctum
aut porcis margaritas nec
sanctum canes sanctificant nec
margarite mundificant porcos sed
e contra canes coinquinant sanctum
et porci margaritas sordidatas
in ceno conculcant / Ita si hominibus
caninos vel porcinos mores
habentibus sanctum dederis aut mi-
steria secreta tradideris nec
sanctum illos sanctificat nec ministra
veritatis illos illuminant / Sed cum
ipsi sanctum coinquinant et ministeria
veritatis blasphemant / Canis
quidem et porcus ambo animalia
immunda sunt Sed canis ex omni
parte immundus est Nam nec rumi-
nat nec ungulam habet fissam
Porcus autem ex parte est immundus
Nam ungulam habet fissam mundus
est quia autem non ruminat immun-
dus Per quod canes puto intel-
ligendos gentiles vel hereticos
omnino immundos Nam et propter actus
suos malos immundi sunt et propter
perfidiam suam vel idolatriam am-
plius sunt immundi Porcos autem
christianos carnalibus et mundanis
voluptatibus deditos qui propter
fidem quidem suam sunt mundi et
propter actus autem suos sordidos habentur
immundi / Aut canes quidem gentiles / De canibus et porcis
porcos autem hereticos propter eorum ali-
quam medietatem mundam vel quia deum
unum tamen videntur / Sed ex moribus
intelligimus quia sunt canes vel
porci / Canis naturale est implacabilem
esse indignum vocem emittere propter aliquam
causam Sicut cetera animalia nisi
ad abigendos supervenientes Aut
dominum autem et de superfluo latrat
Tales sunt omnes gentiles et he-
retici inplacabiles latrantes plerum-
que adversus suos dei latrantes
aliquid adversus deum blasphe-
mantes ululantes aperte / Et
numquam omnes sunt aperientes ad bo-
num Sed semper ad malum / Item Item porci
porci proprium est in ceno se volu-
tare numquam celum aspici-
unt nec querere dominum suum nisi cum esu-
rierit Tales sunt christiani qui in
carnalibus immundiciis delectantur
nec aspiciunt aliquid celos nec
querunt deum nisi in necessitate
cum necessitas eius advenerit Et
illi quidem evomunt malum quod habent
iudicant de malo / Redeunt ad
ad vomitum malum sicut canes
qui iterum agunt malum / Et isti
qui comedunt stercora peccatorum suorum quos
penitet / redeunt autem ad stercora
sua sicut porci ~~animal~~ animal commissa
repetunt peccatum quod commissa re-
petit / Nunc videas que sit
sanctum et margarite non distinguet / Nota quid sanctum et margarite
quod sanctum dare quod non dare
tamen sit numquam sanctum et sanctum dra

c

Sci c gra cor[?]

scitatis sc. generaliter omne quod est sanctum dare prohibuit. Ergo secundum est baptisma. Propterea non est dandum nisi iam fidem habentibus. Secundum est gratia corporis Christi propterea illis solis danda est, qui iam per baptismum facti sunt filii dei et per impositionem manuum. Benedictione parvis facta sunt qui capaces sint sancte benedictionis per fidem. Item mysteria scripturarum margarite sunt, quia sicut margarite incluse in concheis posite sunt in profundum maris. Sic et mysteria divina in verbis inclusa posita sunt in tuis altitudine sensus septenarium sanctarum. Et sicut non omnis potest se mergere et de profundo tollere margaritas, nisi artifex qui scit usum rei illius. Sic non omnis homo potest descendere in altitudinem sensuum et illic invenire mysteriorum absconditas margaritas, nisi vir spiritualis qui habet experientiam spiritualium narrationum dei. Propterea margarite non sunt dande nisi desiderantibus veritatem et cum ratione humana convictibus. Si ergo talibus porcis secretorum mysteriorum miseris margaritas scenose vite delectatione mente gravati non intelligunt preciositatem earum, sed estimantes eas similes esse ceteris fabulis mundialibus simul et eas carnalibus actibus conculcant. Et per modum aliquem commissi per inobedientiam immunit presbiteres earum earum, se estimantes aut scandalizati in eis

falsae accusant et vituperant calumpniatores expositores earum quasi dogmatum novorum seductores. Et si talibus canibus qualibus digni noveris sancta fuerint quasi canes sine discretione et sub sordidis actibus suis conculcant ea, et per inde illo estimantes que acceperint conversi de spurcationibus quasi canes latrantibus irrationabilibus rumpunt veritatis predicationem et ipsis non sine irrationabili ira. Haec quidem canibus dare prohibuit solum, margaritas autem non dare porcis. Et de margaritis sic possumus dicere quia si porcis mitti vetantur, minime dimidius quanto magis canibus plus inmundis. De sancto autem dando ita estimare non possumus. Quemadmodum si plus inmundis dare non convenit, minus autem dimidius oportebat. Ideirco impietatis intelligentia nostra mandatum. Forte quia frequenter et manum imponimus et benedictionem damus. Aliud porcorum more vinctibus penitentibus non quia illi emendationem acciperet sed nos ex nobis cavet iustitiam damus quia inopiam. Ne forte plenius scandalizati desperent. Ideo commissum non est quia iniustum est. Scitum autem non est quia infirmitati fuerat ignoscendum. Sed quia de sanctis dicere cepimus non est tacendum quid aliud est sanctificatio alius

e sanctificatus / Sanctificatio enim
e quod alterum sanctificat / Sanctifi
catus autem alterum sanctificans non potest
quin ipsum sit sanctum / Corporalia sig
nat panem tuum quem manduca
mus / Sicut ait apostolus sanctifica
tur per verbum dei et orationem / Sanc
tificatum enim non fecisti sancti
ficationem / quod autem sacerdos de ma
nu sua dat et quod solum sancti
ficatum est / Sed etiam sanctificatum
est / quia non solum hoc datur
quod videtur sed etiam illud
quod intelligitur / De sanctificato
autem pane licet et catholicis
iactare et infidelibus dare
quia non sanctificat accipiente / Si
autem tale esset quod de manu
sacerdotis accipitur quale est quod
de mensa manducatur / Unde de
mensa manducaverunt et nemo
de manu sacerdotis accipere vo
et unde non solum in via be
dixit panem sed etiam de manu
sua ~~porrexit~~ dedit Cleo
phe et socio eius / Et nam
grandis paulus non solum be
nedixit panem sed de manu
sua porrexit luce et ceteris
discipulis suis / Quod autem
de manu porrigitur nec catholicis
dandum est nec infidelibus por
rigendum / quia non solum sancti
ficatum sed etiam sanctificatio est
et sanctificat accipientem / Petite
et dabitur vobis / Continuo conse
quente de capitulo ad capitu
lum invenire difficile est

[illegible] ideo divisa apposuimus / Sed divisas
estimationes interpretatus / Sci
endum quod quecumque mandave
rat super hominibus impossibilia erant
et quantum ad naturam quia naturam
super naturam / Nam qui se non
abstinet a cibis quomodo se potest
abstinere ab ira / qui se non ab
stinet a fornicatione quomodo se ab
stinebit a cupiditate / Qui se non
abstinet a periurio quomodo se ab
stinet a iuramento / Qui alios
ferire non cessat quomodo se prohibeat
feriendum / Qui nec amicum suum
diligit quomodo diliget inimicum / Qui
autem sic impossibile est / quod elemosinas
facere vel orare et ieiunare et
nolle hominibus apparere / Quid
autem difficilius quam non iudicare
proximum in se autem in secreto sanctum a
secreto dicere quam dare indignis /
Preterea est enim ut multos sibi faciat
inimicos / Quia ergo maiora erant
mandata / quam virtus humana est /
transmittit eos ad deum cuius gratia
quod impossibile est dicens Petite
et dabitur vobis / ut quod ex
nobis hominibus consummari non
potest / per gratiam dei adimpleatur / Cre
dens creaturam sensibilem crea
tam et multum creat creaturam /
alios enim munivit velocitate pe
dum cursu / alios armat un
guibus / alios velut telis pennis /
alios dentibus / alios cornibus /
hominem autem solum sic disposuit
ut illius virtus sit ipse /
et in eo quod in firmiorem eum fecit

Nota ^le^ pulchre dicit deus hominem defe^c^ dictum pre aliis brutis et non [illegible]

ouidebus cum ipsum fortiorem eum vo-
lunt esse in se. Nam sciens deus
quod curiose et colere deum cui-
ta etiam est / Magnitudine aut vel
contemptione predictas etiam est / Nec
ita eum infirmum creauit ut nec
bonum facere possit / Sine quo super
omnia / et ipse quem omnia faciat
omnia conuenire esse deteriorem / Nec
ita potentem eum creauit ut etiam
sine dei auxilio ex ipso facere
possit / quod cum infirmitatis sue
necessitate coactus semper necessarium habe-
at factorem suum / Si enim omnis vir-
tus hominis cum deo est / Et tum ho-
temporis omnium bonorum auctorem
Tanto magis negligere deum si
persona eius est cum ipso / Sicut ita
cum ad stabiliendam orationem quamdam
dederit eius obseruare bonitatis
mandata dicens Nolite iudica-
re ut non iudicemini / Competenter
addidit tamquam Petite et dabi-
tur vobis / At si dicit Si hoc clemen-
tia finalius ad iniustos quam ma-
gis vobis / Eciam quicquid volueritis pe-
tite et dabitur vobis / Et quam
desideratis dominum querite et
inuenietis / Et quemcumque tamen
videtur vobis / Pulsate et aperi-
etur vobis / gratia nos persequente
precibus petite die ac nocte ora-
tes quod si ad tempus deus protraxerit
manum suam volens temptare
constanciam fidei tue / tamen ab oratio-
ne tua non recedas / Sicut enim
qui vere esurit tamen dum petit cibum
donec impleat necesse corpus

clausi
pulsate

sui / Nec potest cessare necessitas
eum urget / quia sine cibo viuere
non potest / Ita et loquimur vere deside-
rat gratiam christi cessare non potest
appetendo / Sciens quia salus
non potest esse sine gratia christi / Ad
hoc quidem interrogantes sacer-
dotes ceterosque doctores sacras
spiritualium scripturarum / Sicut pre-
cepit lex interroga patrem tu-
um et dicet tibi seniores tu-
os et annunciabunt tibi / Cum
studio laborate legentes scri-
pturas legis et prophetarum
Nam deus ita disposuit nos
esse ut nec studentes et la-
borantes circa scripturas acqui-
ramus salutem scientie sine gratia
dei / ut ne nobis imputemus
quod sumus / Nec tamen amplectitur
gratiam acquirere nisi studuerimus
et laborauerimus circa scripturas
ne donum dei negligentibus detur
~~Gratia enim adiutorium est infirmi-~~
~~tatis~~ Gratia enim adiutorium est
infirmitatis humane / adiutori-
um enim non dormientibus datur
sed festinantibus et non pigritan-
tibus / Sicut enim in bello non
omnis qui pugnat vincit / Nec
tamen vincere potest nisi pugnauerit
Sic non omnis qui studet et le-
git acquirit scientiam spiritualem
Nemo tamen acquirere potest nisi qui
studiosus fuit ad legendum
aut assiduus ad audiendum
Et infideles quidem et non credentes

Deum invenerunt sciam legendo
et studendo Sed non illam que
ex deo est Sed hanc que est ex
natura carnali que per exercita
cionem carnis acquiritur quam ha
buerunt et gentiles studiosi
multa enim dicta est inter sciencias
ad istas Cum enim ordinibus non
constat nec operibus bonis sed per
solum studium leccionum factus est
sciens qui alios predicat ipse sibi
non sentit quod predicat Si for
te de ira dei loquitur alios qui
dem forsitan terret ipse autem non
timet Si de gracia dei alios qui
dem consolatur ipse autem non
gaudet alios admonet credere
ipse autem non credit eis que dicit
Sed qui alios docet abintus
extra enim videtur sibi de verbis
suis Spiritualis sciencia que ex solis
leccionibus est ex ore prodit spiritus
alios et carnalis Sciencia autem
que de spiritu sancto est ex corde
profertur Et ideo spiritualis sciencia
non solum dicitur sed et sentitur Non
tantum in scripturis legitur Sed ex
corde profertur suggeritur Et
ideo si alios terret ipse amplius
timet Si consolatur ipse amplius
gaudet et omne quod loquitur non
tantum legit sed experimento probavit
Ideo ergo petamus deum ut opem
bona et non carnalem sed spiritua
lem scienciam mereamur Et hoc
est quod dixit pulsate et ap
erietur vobis Pulsat enim de
um qui facit bona opera ante deum
orando Ieiunando et elemosinas Di
cit enim qui pulsat hostium non
tantum voce clamat sed et manu
vel manu pulsat operibus bonis
Septimum est enim Concupiscens
sapienciam serva iusticiam et deus
prebebit tibi eam Sed quid dicis
hominem peto ut sciencia sciam
et faciam Et quod possum facere
primus quod accipiam Et iam quod
potes fac ut amplius possis Et
quod scis serva ut amplius scias
Iusticia enim ipsa se operatur Et
ipsa se manifestat quo quod du
tu iusticiam operaris in te iusticia
te operatur in se Nam omne arti
ficium seipsum operatur ut per inta o
perarius vineam colligens fruc
tum eius et delectatus in eis ma
gis operaris Vides quia seipsam
colit fructificando et dum colit
Sic et ex dimisso qui operis pec
cavit ipsum peccatum eius sit immundus
spiritus operatur in eo delectacionem pec
candi ut dum delectatur circa pec
catum amplius peccet Sic et qui
iusticiam operatur eius sit ipsa iusticia
spiritus sanctus operatur in eo delectacionem
faciende iusticie ut delecta
tus circa iusticiam amplius facit
at Et tale est quod dicit Sapiens
Cogitatum habe in preceptis dei
et in mandatis eius meditare
semper et ipse confirmabit cor tuum
et concupiscenciam sapiencie dabit tibi
Vides quod iusticia operatur seipsam
te tantummodo inchoante non la
borante Sed et ipse se ad aput
dum colitur Sicut enim qui

Qui peccat dum peccat magis atque magis tenebrescit mens illius et a luce veritatis recedit / Ita quod nulla scintilla salutis remaneat in eo nisi sola malignitas de qua dicit Salomon / Sapientia impiorum nequitia et scientie. Sic et qui iustitiam operatur dum operatur magis atque magis clarescit mens illius et ad noticiam sapientie maioris ascendit / Et ipsa se iusticia quasi speculum offert ante oculos cordis ipsius / Idem si opera iusticie non facias, ... non pulsas nec orare ex fide potes / Nam custos ordinis est opus iusticie / Oratio autem quasi odor suavitatis est operis boni / Ergo res aliqua sine odore potest esse Odor autem sine re aliqua non potest esse / Sic opus sine oratione aliquid est / Oratio autem sine bono opere nichil est / Et si oras non ex fide oras / Nam sicut lucerna quidem ex oleo accenditur / sed per oleum nutritur / Sic fides non quidem ex opere nascitur sed per opera enutritur / Aut ita eum semper manducasse ... operatione aut doctoribus qui diligunt inimicos suos / et quo inimici indicaret quam peccatores offendentes se / consequens erat / Sicut vel dicimus ne forte sub dilectionis et caritatis etiam secreta dei et secreta eius inquirerent / Ideo instituit ne hoc faciat dicens Nolite sanctum dare canibus Nunc autem dat consilium eis bonum

Quanto iustitiam operatur magis illius mens clarescit

Oratio operis boni est odor suavitatis

Ut si diligunt inimicos suos quasi dei benigni imitatores / et volunt eos etiam secundum deum salutare / petant deum pro illis et dabit eis / querat eos qui perierunt in peccatis / et inveniet eos gratia dei dominante pulset eos qui in erroribus sunt conclusi / et apperiet apperiet deus ut habeat sermo eorum ad animas eorum ingressum / at si dicat de canibus qui per eorum amore inventes poterunt se secundum imaginem dei et cadentes ab hac porta facta sunt et perierunt / quid te eos admonendo benivole / permittendo eis dei iudicia / et in spem eos adducendo / Sit enim sanctus enim qui quasi porta et non homo introiens introiens continuum maculaverat prius quod fuit / et per gratiam dei conveniunt Gentiles autem vel hereticos qui assimilibus persuasionibus mendaciorum circumsepti sunt et conclusi intra claustra perfidie pulsate et habebitis in eos ingressum / Sic et ut dicit in revelacione Iohannis Ecce ego sto ad hostium et pulso et qui aperuerit michi intrabo ad eum / et cenabo cum illo et ille mecum / Ergo non temerarius secreta dei nec peccatores nec gentiles nec hereticos debemus velle salvare sub obtentu misericordie / Hoc enim temeritate

nos bonitatis. Sed demum quid
petendo per eius [...] aut que
rendo. Si perierint vel pulsando
si clausi sunt. Et tunc si sunt
et nos digne petimus et illi sa
nabiles sunt ex talibus et por
tas iudicis reserati efficien-
tur homines sancti. Et sic iuste et di
gne sancti participabunt et audient
secreta misteria. Omnis enim qui
petit accipit et qui querit inve
nit et pulsanti aperietur. Cum
dicat petite querite pulsate
ne forte aliquem peccatorum audi
ant audientes dicat. Etiam
ista dignos facit hortatur nos
autem indignum. Et si petimus
non accipiemus. Et si quesierimus
non inveniemus. Et si pulsamus
non nobis aperietur. Unde quo
eandem clausulam repetendo
tam iustis quam iniustis vel pec
catoribus veniam dei commendat
dicens. Omnis qui petit sive
iustus sit sive peccator tamen petere
non dubitet, querere non negli
gat, pulsare non cesset, tamen
tenebit neminem spem nisi qui
petere dubitavit, adeo querere
neglexerit et pulsare cessavit.
Et aut cognoscamus bonitate dei
dicamus de deo. Sicut ex parte di
xit de nobis. Dicit enim super
Diligite inimicos vestros et addi
dit. Si diligitis diligentes
vos quam mercedem habebitis
nonne gentiles hoc faciunt
Nos autem dicamus de deo. Si de
us tantum iustos suos expectat

Amicos suos exaudit et adiuvat
quomodo laude bonitatis vincitur. Nonne ho
mines tam sunt mali amicos suos
rogantes se exaudiunt et beneficia
eis prestant. Unde quod dominus dicit
Estote misericordes sicut et pater vester
misericors est. Qui solem suum oriri
iubet super iustos et iniustos et
dat pluviam super gratos et ingra
tos. Bonitate dei volunt demira
re quoniam tam iustis quam peccatoribus
parata est bonitas eius. Nec credere
dubile est ut apud bonitatis ho
minibus quod indulgeat. Omnis malis co
stitutis. Ipse aut non faciat tam sit
bonus. Ergo omnis qui non habet iusti
ciam vel aut credat de regno cele
sti aut facere valeat iusticiam aut
te vel peccat aut vel quesivit
studio et labore aut non pulsat
operibus bonis. Et ideo non est
in iusticia dei non pravitas sed cul
pa hominis negligentis. Quis
vestrum habet filium et si petat ab eo
panem numquid lapidem porriget
ei. Unde quod nos ad spem
divine bonitatis inclinat ne for
te aliquis considerans quanta est
distancia inter deum et hominem et pon
derans sua peccata omnino desperet
impetrare ne incipiat petere
ideo patris et filiorum similitu
dine introduxit. Sit et si ipsi
peccata nostra desperacionem ipsi par
vam dei bonitate speremus. Panis
est verum de notitia dei patris,
lapis est omne mendacium et quod
illud habet in se scandalum offen
sionis ad animam. Unde dicit propheta

Nota

Sicut hic operatur ad
impetrare

ad iustum In manibus portabunt
te ne forte offendas ad lapidem
pedem tuum / Animus enim iustus cu
stoditur ab angelis ne forte in
occasionem offensionis incurrat
pes temptationis ipsius / Preterea
autem possumus intelligere de corpo
rali bono / Serpentem autem ipsum dia
bolum / Ut ergo impetres quod de
sideras domino hec convenit / Dixit ergo
ut petas oratione et queras studio
et pulses operibus / aliud autem
est panis aut piscis et quod pe
tis / Alia autem que non expediunt pe
tis hec et talia que nocent anime
tue quasi lapis aut serpens quod
non prestat etiam si petas / quia benig
nus pater est / alioquin si prestat
nociva petenti non est pius sed
immitis / Si vos cum sitis mali
scitis bona data dare filiis ve
stris / Non quia apostoli erant ma
li Sed quantum ad comparationem dei
qui solus singulariter est bonus /
omnes mali videntur / Sicut ad com
parationem luminis aut solis / Candidum
sordidum videtur / et omne lucidum
obscurum / Et sic eciam omnes preter deum
mali sunt preter deum / Item si ho
mo pro iniuria patitur a filio
statim affectus illius mutatur
in odium / et irascitur illi forsitan
et castigat / Non quia ille fa
ciens iniuriam peccatum commisit in
deum / Ideo pater suus illi irascitur
Sed quia illi fecit iniuriam ali
quam / et pater iniuriam passus est
unde propter suam iniuriam irascetur
filio / sed propter illius peccatum in eo

peccato filiorum suorum irascetur / Ille
autem quando ipsi iniuriam patiuntur do
lent fremunt / Tamen autem alii pecca
verunt filii eorum in deum non cu
rant / Deus autem offensus ab homi
ne ideo irascitur quia cum ipse esset
deus constitutus ab homine est
condempnatus / Sed quia homo
offendens deum perdidit animam
suam / Ergo non irascitur de
sua iniuria Sed dolet de per
dicione humana / Et si castigat
non suam iniuriam vindicat
sed ut illum corrigat ad salutem
Audi illum prophetam dicentem Si
dereliquerint filii eius legem
meam visitabo in virga iniusti
tias eorum / misericordiam vero meam
non dispergam ab eis / Tamen quia
non omnia petentibus prestat
sed tantummodo prestat bona / Ideo quod
dixit quanto magis pater vester
dabit ~~postulantibus~~ petentibus
se Sed addidit petentibus se
bona / Omnia ergo quecumque
vultis ut faciant vobis homines
et vos facite illis / Supra quippe sancti
ficandam orationem mandavit ut
non iudicent quia peccat in ipsum
Ista ex necessitate ab ordine sive
narrationis procedens introdu
xit aliqua quemadmodum quale est
Quid autem vides festucam in oculo
fratris tui et illud Nolite sanctum
dare canibus / Nunc autem ad
mandatum quo ceperat rediens
ait Omnia quecumque vultis
ut faciant vobis homines fa
cite vos eis / non solum in mando

viij

Nolite iudicare ut non iudicemini /
quod omnes sibi fieri volunt ut
non noluerint a liquibus non iudica
tur ab eis / Sed et omnia quecumque
vultis ut faciant vobis homines
faciatis eis et hec est petrabili
ter potius orare / Nam quemadmodum
lex et prophete sparsim in omnibus
preperiunt scripturis in hec com
pendiose continetur mandata
quam innumerabile arboris ra
mi in una radice Intrate per
angustam portam Tercia hec
consequitur ad eternam iusticiam
ieiunium pertinet et est post doctrine
de ieiunio facte ut sit talis ordo
narracionis Tu autem cum ieiu
nas unge caput tuum et faci
em tuam lava ne appareas ho
minibus hominibus ieiunans sed
patri tuo qui est in abscondito
reddet tibi Intrate per angustam
portam quia omnis quidem iusticie
introitus ad vitam eternam
angustus est homini vivendi in
corpore propter adversitatem natu
re carnis / Nullus autem sit est
angustus et laboriosus quam ie
iunium similiter consuetum / Et
ut sciatis attente omnes autem
passiones carnales dure et sunt
et spiritu carnis communicatur sine
ira sine superbia sine invi
dia sine avaricia sine vana
gloria proprie tamen sunt tres quas
naturales et intime et proprie
carnis Esca et potus / Deinde
amor viri ad mulierem et mu
lieris amor ad virum / In tercio
loco sompnus qui sunt illis

quibus passionibus necesse consistere per
carnis naturam / Ergo quasi per eos
quodammodo et supplementa nature
carnis / Nam ad omnes illas pas
siones non necessitas carnis urget
sed presumpcio spiritus carnis / Ad istas
autem ipsa necessitas ipsa necessitas
nature carnis / Ideo et gravius
est eas a natura carnis presecare
quam ceteras passiones / Nam ad
alias passiones presecandas labor
est per voluntatem cordis / Istas
autem passiones presecare non solum
labor est sed consumere et conte
rere et mortificare ipsam carnem na
turam et quasi vermem facere ipsam
quemadmodum signum habet aliquod
membrorum ipsorum / Ergo hee tres
passiones naturales sunt et
intime et proprie nature carnis
nullus passionum abstinencia
vincit sit castus ut sit ieiunus
ut sit vigilans perseverans Et quia
illarum passionum sit commixtio
corporis quas passiones iste ut sit
hic aut fornicarius aut epula
tor aut sompno deditus / Ideo
et dicit apostolus Omne peccatum quod
cumque fecerit homo extra corpus est
Qui autem fornicatur in corpus suum
peccat / quia proprie de ipsa natura
corporis passio fornicacionis egre
ditur / Et dives in inferno epula
tor propter divicias / Cum pauper
Lazarus iacebat / Et Abraham
eius dicit fili recordare quia tu
hec et hec fecisti in vita tua
tua / Et nunc cruciaris

De passionibus carnis et anime

porta perdicionis

porta vite

pauper spiritu

c

Sed quia bona recepisti et tibi
sic precepit dominus in evangelio assidue
vigilare. Ergo christiani omnes quamdiu in-
sticias precipue tu christiane laboriosissim[?]
ieiuniis dicit. Intrate per angu-
stam portam. Porta perdicionis est
dyabolus per quem introitur in
gehennam. Porta autem vite est Christus
per quem introitur ad regna celestia.
De quo dictum est. Hec porta domini
iusti introibunt in eam. Lata autem
porta dicitur dyabolus non magnitu-
dine potestatis extensus sed effre-
nate superbie licencia dilatatus.
Tale aliquid dixit dominus. Beati
pauperes spiritu. Pauper spiritu est qui
cum sit magnus modicum se videt.
Dives autem spiritu est qui cum mo-
dicus sit magnum se ostendit.
Sicut dyabolus superbia latus qui
cum esset minister dei in celo quam
deus quam deus super celos
extendens se usurpavit contra
deum. Porta autem angusta dicitur
Christus non potestate privatus exigu-
us sed humilitatis racione collectus.
Sicut ipse de se testimonium dat. Di-
scite a me quia mitis sum et humilis
corde. In non videtur esse potestate la-
tissimus humilitate angustus. Qui
cum esset domus maiestatis quam
non voluit in hoc seculo apparere
et quem totus mundus non capit se
ipsum intra angustias uteri virgi-
nalis inclusit. Et alias intel-
ligitur dyabolus porta lata et
Christus angusta quia dyabolus omnes
peccatis involutos et ventosam [illegible]
[illegible] sarcinam baiulantes recepit et
ducit in mortem. Christus autem
nullum recipit in se nisi qui omnibus
peccatis exuerunt se et deposue-
runt omnem sarcinam mundi. Et
facti fuerint spirituales et sub-
tiles ut quales intrant in
mundum tales exeant de mundo.
Ad huc latus dicitur dyabolus
quia apud illum sine lege sunt
omnia. Christus autem angustus
quia sub racione legis apud
eum consistunt. Quicquid enim
sine lege est solutum est. Quod
autem sub lege est strictum angustum
est. Via autem perdicionis est omnis
iniquitas. Dicitur autem spaciosa
quia non est intra regulam veri-
tatis et discipline inclusa sed per
diversa carnalium voluptatum diffu-
sa et ambulantes in ea. Non
quod dicunt age hoc agunt
nec hoc faciunt sed quod eos de-
lectaverit hoc sequuntur. Voluntas
enim eorum lex est ipsorum et non
ipsi sub lege sunt sed lex sub
illis. Via autem vite est omnis
iusticia. Dicitur autem esse arta quia
intra regulam veritatis et disci-
pline est inclusa et ambulantes
in ea non quod delectat eos hoc
faciunt sed quod dicit anima. Lex vo-
luntatis eorum est nec est sub illis
lex sed ipsi sub lege. Consideran-
dum est autem quia via ad portam
ducit et nisi quis ambulaverit
per eam viam non pervenit ad
portam. Sic et qui iusticiam fa-
ciunt illi soli possunt cognoscere
Christum et intrare per ipsum. Qui
autem non ambulat per viam

vii

Iusticie complete est ut non cogno-
scant Christum / Quomodo multi etiam
non ambulantes per iusticiam vi-
dentur cognoscere Christum / Si autem nec
iusti sunt nec sunt in via iusticie et
veritatis te Christum cognoscere melius
dicit enim quis audit quod mel
dulce est nec gustat de illo quo-
modo quomodo melius cognoscit quam
qui autem naturam eius ignorat
~~Ideo quod dixit psalmista audite~~
Sic et qui audiunt quod Christus
est filius dei iusticiam autem eius
non fuit expertus tantum nomine Christum
cognovit / graciam autem eius na-
ture ignorat / Ideo quod dixit
psalmista audite et videte quoniam
suavis est dominus sed gustate
et videte / Cum ergo aliquando au-
dimus de Christo non Christum cogno-
scimus tantummodo ut dixi / Cum ad
iusticiam dei facit ipsum Christum
gustare / Similiter nec meritum
consequimur vitali nisi qui ambu-
lat in via peccati / Tunc non con-
curre in diabolum declina vi-
am que ducit ad illum et ve-
lam hic in te diabola peccatorum
Si autem ambulamus in via que
ducit ad illum tamen diabolo non
occurrentes per devotionem tuam quasi
ille te trahit ad se sicut est quoniam
tamen isti ad illum / Quemadmodum porta
ducit ad viam sed via ducit
ad portam Sic quod primo dia-
bolus ducit homines ad peccata
sed peccata ad diabolum ducunt / Vi-
deamus ergo hic porta peccatorum quomodo

spaciosa est quia spaciosa est / Et
ideo quod solum volentes intrant
in eam et difficile est ut nullus
in hoc modo non aliquantulum intrat
in eam / Primum enim lata est et de lon-
ge videtur Et ideo etiam infan-
tes antequam vere viam cognoscant
vel intelligant / Ista vident et
cum intraverint quamvis in ea prius
multum sit angustia nec coangustat
in aliqua parte ita ut delectet
eum ambulare per eam ambulat
enim in ea gaudentes / et ridentes
vel soli manducantes / et bibe-
ntes sed etiam devorantes et inebri-
antes ambulant in ea ~~cum corpo-
ribus~~ divites comminantes pauperi-
bus aliena tollentes et sic divi-
tes facientes ambulant in ea cum
concubinis vel soli cum scortis
sed etiam fornicantes et adulterantes
quomodo sit ambulaturi nescimus et quod
non delectetur quantum ad carnem a-
mbulare per eam / Hec autem via angu-
sta / quam nec facile videt / Et ideo
qui vult intrare in eam necesse est
ut aliquantulum evagetur in via ~~pre~~
illa spaciosa donec considerantius
aliquid inveniat istam et cum inve-
nerit in ea vult per ea multum agitur
Ex omni enim parte coangustatur
illa vita ut perdat eum intus se
in ea ambulare enim castos lu-
gentes ieiunantes / Et si inveniat
ieiunantes et bibentes non tamen
sine lege tamen vel manducantes
et bibentes / Ambulant pauperes

Et si divites, quod sibi sunt alios
aliena nec tangentes sed sua dis-
pergentes ambulant tamen / Et si
cum impiis tum quod sine le-
ge timoris amore sunt disper-
gentes blasphemati iniuriam
passi et spoliati / Et quod quod
peniteat quantum ad carnem incessisse
per eam / Audi psalmistam dicentem / Mei
autem pene moti sunt pedes pene
effusi sunt gressus mei / Quia
zelavi in peccatoribus pacem pecca-
torum videns / Ideo videntes ho-
mines hanc tribulationem et angustiam
viam multi recedunt ab ea / Et
quidam licet ab initio accedunt ad
eam licet voluntate eam vident / Item
alii autem concupiscentes volunt eam
videre et accedunt ad eam / Sed dum
considerant angustias et labo-
res eius recedunt ab ea / Alii autem
audaciores et intrant in eam et
procedunt dum sustinent angustias
et labores eius iterum reversi re-
deunt de ea / Ad hunc autem spaciosa
dicitur illa via etiam hac causa
quia omnia que sunt [illegible]
putes aurum / aurum / argentum pre-
ciosa domus possessiones omnes /
species ciborum et potuum omnia ar-
tificia omnis negotiationes similiter
honores et quicquid in seculo
est / aut visum delectat et au-
ditum aut gustum aut odoratum vel
per tactum sunt / Et quia omnes
qui ambulant in illis rebus pec-
cant / Sed quia omnes iste res ad pec-
catum compellunt / Via autem

via vite

Vite angusta est quia via est species
id est abstinentia omnium rerum. Quicumque enim
separat se ab omnibus rebus illis
salvatur unde dicitur quia omnis qui
sunt in terris perit / Sed quicumque
se separant ab illis salvantur
separant autem se non corpore sed animo
non loco sed actu / Nam quamvis
sit in mundo, non videtur esse de
mundo / Quia non sentit mundum / Atten-
dite a falsis prophetis / Quidam enim
dicunt a falsis sunt duo ne
elemosinas faciant coram hominibus
ut videantur ab eis sunt ypocri-
te; et ne ~~[illegible]~~ orent ut
ab hominibus videantur sunt ypocri-
te. Et ut non ieiunent co-
ram hominibus se ostendentes sunt
ypocrite. Et docuit illos ut ne
faciant sic et instruxit eos
quia per hoc est in ypocrisi ele-
mosinas facere et orare et ie-
iunare. Christus autem quomodo iam
ad cognoscendos quia hoc cum
in ypocrisi fiebant per loquitur dicens
Attendite a falsis prophetis qui ve-
niunt ad vos in vestimentis ovium
intrinsecus autem sunt lupi ra-
paces / Que sunt vestimenta
ovium species simulate religi-
onis et elemosina simulata vestitum
ovile est non opus ovile / Vesti-
mentum simulatum vestitum ovile
est non opus ovile et cetere species
pietatis quibus vestiunt lu-
pi rapaces / Nulla autem res
sic estimat bonum quemadmodum

simulatio boni. Nam malicia
malum quod malum fugitur et ca-
uetur. Malum autem sub specie boni
celatum dum non cognoscitur non
cauetur. Et sic quod bonum in-
sapit et coniunctum in bono con-
mixtum bonum dicitur secundum illud malum pes-
sime talis complicitate corrumpit
qui se simulat Christianos de qui-
bus ammon discipulos suos
Christus. Magis autem nos omnes
per illos dicens Attendite a fal-
sis prophetis. Quia magna virtus
est bonum cognoscere malum et sum-
ma tutela salutis est scire quid
fugias. Heresis periculosa quidem
res est sed similis valde est peri-
culosa quia multi seducuntur
in ea et pereunt. Diabolus autem qui
temptat fideles per eciam fideles
et ab infidelibus suggeritur. Com-
minuat de periculo temptacionis.
Comminuat de primo peccato. Nam
nullo enim negocio potest reprimi
inueniri nisi processerit labor. Quan-
to magis in spiritualibus rebus non
processerit temptacio non potest esse
probacio. Attendite a falsis prophetis.
Primum scire oportet quia sunt omnes
falsi prophete. Nam multa res potest
sit Christianos viros qui habet quia
quocienscunque viderit dici Christianos
Christianos eos estimat. Si enim con-
stat quia sunt Christiani falsi. Aut
ille est falsus Christianus aut
tu vel tu. Quod ille vel ille ut
quid eum estimas. De quo tibi
Christus mandauit. Quia Christia-
nus est qui deus non suum con-
fitetur filium. Tu quod tu estimas
fratrem. Sed forte dicas quod possum
illum dicere non esse Christianum quem
video Christum confitentem altare erigen-
tem sacrificium parans et Christum offe-
rentem baptisantem scripturas
scientem legentem omnem ordinem
sacerdocii habentem. Vir sapiens si
non confitetur Christum et manifesta
erat gentilitas illius et si scien-
tabaris in eo infamia erat
quia tu seducebaris. Illum autem
quia confitetur Christum sed non sic quem-
admodum Christus commendat negligentie tue
est si ab eo seduceris. Quia in
in occultam foueam cadit negli-
gens esse dicitur quia non caute
[illegible] aspexerit. Qui autem in manifestam
foueam cadit non negligens dici-
tur sed infirmus. Qui autem de sollicitudine
ecclesiasticorum ministrorum dixisti ergo
et hoc audi responsum. Quia et si
mea omnia membra hominis habet et
per omnia hominem imitatur. Numquid propter
ea dicenda est homo dicitur et habes
omnia signa Christiane legis et imitatur
sed quid sunt Christiani. Demum sciendum
dicens quia quidem erant manifesti gen-
tiles sed absconditi sub nomine Christiano.
Aspicite sed attendite. Aspicere enim
est simpliciter videre. Attendere autem
est caute considerare. Ubi enim certa
res est et indubitabilis aspicitur.
Ubi autem incerta et dubitabilis
attenditur. Sciendum ergo est quia est
in illis aliquid quod aliud [illegible]

videbatur. De super positum aliud etiam inclusum. Ideo dixit: Attendite, ut sciatis quia non carnali aspectu attendendum est, sed vigilantia spirituali. Si enim corporaliter illos aspicias, non potes cognoscere quia sermo (?) ta ... hic. Nam homines qui potestis videre mendacia veritatis velamine coopta. Spiritualiter ergo attendendum est per opera bona. Si enim opera iustitiae facimus, et a nullo errore decipimur. Et ipsum omnem sentimus errorem. Nam ipsa res facit errare que facit aliquos errorem non cognoscere. Nam qui non cognoscit inventum aliud, sua non intelligit veritatem. Ergo quando bona opera facis, ipsum lumen iustitiae animi oculos tuos adaperit veritati. Sic et peccata peccatoris semper tenebrescere faciunt, ut non videntes inveniatur (?) cadat in illud. Unde enim ab initio ex quo inter homines seminatus est error fidei, non error diabolicus fecit homines malos, sed homines mali diabolum. Si fecerunt errorem. Si error fecisset homines malos, culpa esset non mali, sed dei qui talis homines fecit ut ab erroribus seducantur. Nunc autem culpa est hominis qui per voluntatem elegit errorem, quia non sunt errores naturales in homine nisi peccata praecesserint. Primus enim peccatoribus plurimus excecatur (?) hic. Et sic diaboli seductione decipitur et cadit in errorem. Verumtamen enim sole manente non naturaliter nox

Notabile

tum autem recessit ad occasum, nocturnum occupat universum (?); sic quamdiu iustitiae lumen in homine fuerit, tenebrae erroris eum non apprehendunt. Ergo bonis operibus vigilandum est, quia error non generat peccatum, sed peccatum errorem, sicut dicit Sapiens: Impietas eorum traxit ad errorem. Nam autem sic admonet: Attendite, quasi invito deo diabolus hereses introducat, non invito, sed permittente. Si enim gentes non credidissent in deum, intelligebatur volente fuisse diabolo, qui gentes credere non permisit. Nam si diabolus aliquid potuisset, ab initio credere non permisisset. Nunc autem videmus quod omnes gentes crediderunt, sed postea ex credentibus facte sunt hereses; manifestum est quia non fuit virtus diaboli, sed permissio dei. Et quare sic admonet quasi invitus (?) voluit fieri? Quia non sine iudicio vult servos suos probari. Ideo permisit temptationem. Verumtamen quia non vult per ignorantiam eos perire, non (?) admonet. Ergo temptationem permittit ne mali cum bonis coheant. Ideo autem admonet ne mali (?) boni cum malis pereant. Attendite vobis a malis prophetis. Scriptum est: Omnis lex et prophetae usque ad Iohannem. Non quia futuri non erant post Iohannem: fuerunt enim et Agabus et Silas et multi. Sed quia de propheta

xvi

Prophetia non erat futura post
eam. Ergo per Iohannem prophe-
cia quidem cessavit. Prophete autem fu-
erunt et sunt, sed non qui prophetia-
rent de Christo, sed qui interpretarentur
ea que de Christo ab antiquis fu-
erunt prophetata, id est doctores eccl[es]ia-
rum. Sed et omnes christiani prophete dican-
tur, tam qui regnum et sacerdocium
et qui prophetiam non vnguntur. Et
enim quod per propheticos interpretari
sensus nisi habeat spiritum prophetie.
Hec autem diximus ut intelligas
quia prophete de quibus loquitur
doctores dicuntur. Sciens ergo
dominus futuros esse falsos doctores
heresim dilatare contra veros doc-
tores qui scripturas propheticas
et apostolicas perversa interpretatione
confundent, ideo per apostolos suos
omnium ecclesiarum doctores admonet
dicens: Attendite vobis a falsis
prophetis. Et ne forte dicat aliquis
hereticus doctor, quia quod dicit
non nos significat, sed gentilium
et iudeorum doctores, ideo addidit
dicens: Qui veniunt ad vos in
vestimentis ovium. Et quidem de
iudaeis quidem sicut apostolus et prophe-
tis ista predicat, tunc de illis videa-
tur. Tamen non christiani quidem fuerunt
crediderunt crediturum esse eis, loquen-
tes autem perversa secundum suggestionem
maligni spiritus ad corruptionem et
amore fuerant locuturi. De qui-
bus cavendum in omni epistola sua
sollicite monet apostolus, quorum
filii sunt et heretici modo.

Oves enim ipse christianos dixit. Vestitum — Oves
autem ovile est christianitatis species. Vides
quia de hereticis loquitur ut fugiendis
qui a foris in scemate Christi viden-
tur, ab intus autem confessionis efficaci-
tate gentiles. Et isti multo magis
periculosiores sunt quam illi iudaei.
Illi quidem reiecti ab apostolis et
vocati contra conventum christianorum er-
ratici vagabantur, et furtive aliquos
corrumpebant incautos. Isti autem
invenientes dicto occasiones etiam
palam regentes in libertate sub-
vertunt. Et sic multiplicati sunt
ex diverso christianis potius quam
illi. Et quomodo non sunt peri-
culosi, aut quomodo suadent multis?
Et ne dicat adhuc hereticus quia
de veris christianis doctoribus loquatur,
qui christiani quidem sunt tamen peccatores.
Omnis enim christianus qui facit peccatum
falsus dicitur christianus, et vere quidem
est, quia christianus qui facit peccatum
mentitur de Christo. Falsus est
christianus. Unde ut scias quia non
de christianis peccatoribus sed de hereticis
doctoribus loquatur, non tantum dixit
Qui veniunt ad vos in vestimen-
tis ovium, sed adhuc addidit: Ab in-
tus autem sunt lupi rapaces. Sunt — Christiani doctores
autem doctores et si sunt peccatores,
sicut quidem carnales dicuntur quia vi-
vunt a carne, tamen spiritu suo bene
perdere christianos. Et ideo non dicun-
tur lupi rapaces. Vides ergo quia
manifeste de hereticis doctoribus
loquitur, quam de eo proposito scema

Nota bene

hic nota bene

Christianorum susceperunt. Providete a malo, sunt eorum quos in quo se mutavimus morsu dilaniet. De quibus lupis ad Ephesios dicebat apostolus: Ego scio quoniam post discessionem meam intrabunt lupi graves in vos non parcentes gregi, et ex vobis ipsis exurgent perversa loquentes ut adducant discipulos post se. Audi ergo qui doctus ab hereticis putas te eruditum et baptisatum ab eis putas te christianum factum. Vide doctores hereticos qui dicuntur a Christo devocatos. Si ergo eruditus es ab hereticis raptus es non eruditus. Si baptisatus es devoratus es non salvatus. Nam luporum devorare est non salvare. Quando ergo a fructibus eorum cognoscetis eos. Fructus enim hominis est confessio fidei eius et opera conversationis ipsius. Si ergo videris hominem christianum statim considera si confessio eius convenit cum scripturis, verus est christianus. Si autem quod est contrarium preter mandatum falsus est. Sic enim et Iohannes de hereticis scripsisse exemplum: Non dixit: si quis venit ad vos non habens Christi nomen, nec ave ei dixeritis. Sed si quis non attulit istam doctrinam, iudicavit convictus quia ad nomen retulit sed ad confessionem. Ex quo ad nomen non solum Christi ... facit sed et veritatem Christi, quia qui nomine Christi incedit ambulat in vita ac eius

De ...

De nota ovis et lupi

pauci. Deinde unde aliquid ovis lupinum persequitur aliam sed lupus ovem. Sic enim et Cain persecutus est Abel, non Abel Cain. Sic Ismahel persecutus est Isaac, non Isaac Ismahel. Sic Esau Iacob, non Iacob Esau. Iudei Christum, non Christus Iudeos. Heretici christianos, non christiani hereticos. Ergo ex fructibus eorum cognoscetis eos. Quamvis lupus cooperiat pelle ovina, quomodo illum cognoscas nisi aut per vocem aut per actum. Ovis in climata deorsum balat. Lupus in aere convertit caput suum contra celum et sic ululat. Item ergo secundum vocem humilitatis et confessionis emittit, ovis est. Si autem adversus veritatem humilitatis turpiter blasphemus ululat contra deum, lupus est. Sicut dixit propheta de illis: iniquitates in excelso locuti sunt, posuerunt in celum os suum. Ovis herbas manducat, lupus carnibus delectatur. Cum videris ergo de pratis scripturarum herbas floridas iustitie colligentem, ovis est. Cum autem videris in sanguine persecutionis gaudentem, lupus est. Adhuc autem considera virtutes quas facit, utiles sunt aut inutiles. Utiles sunt que mirabiliter fiunt et ad salutem proficiunt, puta infirmos curare et alia bona que fecit Christus. Ficte autem sunt que administrationem faciunt videbilem

xiij°

Utilitatem autem afferunt nullam
utpote volare per aera sicut et
~~demones~~ demones Simonem hortabantur/ Sta-
tuas facere ambulare aut commi-
scere flammas et quod cibum ri et
alia qualia Symon fecit/ Nam
plena opera Christi Deo sunt quia
et ipse est plenus gratia autem
Christo diabolo sunt/ Sicut et ipse vacu-
us est/ Nam quia quedam commenda-
bilia sunt Christo Deo/ Quidam autem
Christi diabolo demonstrat/ Nicodemus
non enim dixit/ Nemo potest facere sig-
na nisi sit Deus cum illo/ Sed dixit
Nemo potest hec signa que tu
facis nisi sit Deus cum illo/ Et
tunc quod Christus solo cognoscebatur
tur filius Dei et veri/ Si autem utili-
a aut inutilia faciunt signa/
Nunc autem quia factum est ut etiam
ex parte bona facientibus signorum
diabolo debent probari/ Etiam aliud
querere debemus si necessarium est si ipse
autem quod est necessarium/ Sic enim
mirabilia Christus Christi confirma-
tionem infidelium faciebat quod
propter ipsos quos sanabat/ Ipsos
enim in fide stimare potuit non
in signis/ Manifestum est quia
modo ad nulla sit infidelis
faciendorum miraculorum necessitas
non est/ Ergo si inutile fecit
signum filius est Christi quia quod
fiat ut aliud edificet in fide
sed ut ostendat in opere/ Unde
de spinis colligunt uvas aut
de tribulis ficus/ Una nimirum
habent in se species sicut enim botrus

multa in se grana ligno unum mediante
se suspendit/ Sic et Christus multos
fideles per signum crucis tenet adunatos/
Similiter autem sicut ficus multa
grana uno tegumento tenet inclu-
sa/ Sic et multos fideles dulcedo qua-
dam caritatis complectens unit.
etiam/ Et sunt in ficu signa hec
caritatis quod in dulcedine com-
tatis ac in coniunctione granorum/ Sic
scriptum est Deus qui inhabitare facit
unanimes in domo/ In una autem
parte est quod signum et in corti-
ce amari gaudium ac quia vinum
letificat cor hominis ebrietatis/
quia quod est primum et delectatur
suavitatis/ De hiis autem scriptum est
fructus autem spiritus caritas est/ gau-
dium/ pax/ patientia/ longanimitas/ mansue-
tudo/ fides/ modestia/ continentia/
Spine autem sunt heretici sicut
primo iste demonstrat supra dicens
attendite a falsis prophetis/ Ergo
non possunt spine et tribuli etiam
fructus fructus proferre/ Sed quod
proferunt vulnera tribulationis
et cetera/ Quemadmodum spina vel
tribulus ex quacumque parte illam
porrexeris habet aculeos/ Sic etiam
filius diaboli ex quacumque parte eum
consideraveris in iniquitatibus plenus
sunt/ Si loquitur in dolo loquitur/
Si tacet male cogitat/ Si irasci-
tur insanit/ Si paciens agit tempus
expectat nocendi et opportunita-
tem quomodo noceat/ Si male agit
non erubescit/ Si bene facit ad

fructus spiritus

Spine sunt heretici

Quandam gloriam Christi homines faciunt / quando
proferat fructum bonum cuius radix
non malus est / sub bona arbore be-
stie et animalia requiescunt / Sed spiri-
tuales volucres autem celi requiescere possunt
nisi tantummodo serpentes / Sic vero
fideles homines mali et boni
homines requiescere capere possunt / Sed
infideles autem homines nemo potest
habere pacem ut requiescat in
eis nisi tantum serpentes cum habent
cubilia in perditionibus eorum / fru-
ctus eorum nulli proderunt ad visum
umbra refrigerium non est in eis
Et ideo quidem quia serpentes et co-
lubros omnes iniquos hereticos
appellavit / Tu forsitan sciens
dominus hic esse dictum pro qualitate
peccatoribus colubros esse appellat /
quia christianitatis professores et tam-
quam impietatem in sua perfidia
baiulantes / Non potest arbor bona
fructus malos facere et non
potest arbor mala ~~fructus~~ fa-
cere fructum bonum / Non dixit
arbor mala non potest fieri bona
neque arbor bona mala / aliquando
qui malus est a deo esset quod ma-
lus est / et qui bonus est a deo
esse / quod bonus est / Nunc autem
dicit sic malus non potest facere
fructus bonos, id est quamdiu malus
est / Si vero factus fuerit bonus
potest / Et sic manifestum quod malus
est aut bonus voluntatis eius
fiat non nature / Nam si vole-
bat et non poterat fructum bonum

i. demones

proferre nature erat / Si autem potest
et non vult arbitrii est non na-
ture / Ergo homo dei non potest fa-
cere malum / Et si videtur tibi
aliquando quia male facit consi-
dera caute ipsum malum eius
et invenies ipsum arbitrius esse
bonum / Nam ex proposito bono etiam
quod videtur malum bonum est / ex
bono proposito malum opus excu-
sat / malum autem opus bonum propo-
situm non condempnat / Vidisti Mo-
ysen homicidium facientem sed non
propter suam iniuriam sed propter zelum dei
vindictam / Vidisti Jacob aliud lo-
quentem in lingua et aliud inten-
tem in corde cum dicit ad Esau
vidi faciem tuam sicut qui videat
faciem dei / Sed non ut deciperet
eum sed ut compesceret / Similiter ma-
lus non potest facere bonum / Et si vi-
detur tibi facere bonum considera cau-
te ipsum bonum et invenies eum ab
intus esse malum / Nam quod
ex proposito malo fit etiam bonum
malum est / Nam bonum opus ma-
lum propositum non excusat / malum
autem propositum bonum opus condem-
nat / Si videris infidelem humi-
lem et mansuetum scito quod sub
dolus est in corde / De talibus
enim dicit dominus per prophetam / Mol-
liti sunt sermones eius super
oleum et ipsi sunt iacula / Si vi-
deris eum bona opera facientem
intellige quia propter homines facit /
De illis enim dicit dominus omnia fa-
ciunt ut ab hominibus videantur

Sicut ergo bonorum hominum omnia eciam mala bona sunt / Sic malorum eciam hominum omnia eciam bona mala sunt / Si ergo videris aliquem deum in veritate non colentem quamvis bonum ne credas occultus et dicas bone vite illum. Sed credas magis deo qui tibi dixit non potest arbor mala facere fructum bonum / Si autem dicas illud bonum emendatum fecisti primum / tu enim vides que sunt in facie / deus autem que in corde / Sicut enim in orto multe sunt arbores fructum inutilem facientes / In silvis autem non inveniuntur bonum facientes / Si autem facit faciunt insipidum fructum et acerbum / Sic in ecclesia que ortus est christi Salomone dicente Ortus conclusus fons signatus / Soror mea paradisus cum fructu pomorum / multi sunt mali. In ecclesiis autem heresum que sunt silve deserte nemo est bonus / quia etsi aliquis est bonus propter homines est et non propter deum hic secundum fidem dixi / Neque autem secundum operacionem audi quemadmodum facit aliquid, sed aliquid propter quod facit / et nemo facit aliquid propter nichil / Qui pugnat propter predam aut propter gloriam victorie pugnat / qui navigat propter necessitatem aut propter lucrum navigat / Sicut enim non potest nasci sine radice sic neque potest fieri sine causa / Sicut qui bonum facit aut propter retribucionem regni celestis facit aut propter.

viii

Fiduciam pene / Interrogo ergo te infidelis propter quod facit bonum propter penam dicas / Sed non timet deum / Quid autem timeat deum ne peccet in opere qui non timet ne peccet in fide / Aut sit penam male credere quam male agere / propter retribucionem dicas / Sed non sperat in deum qui non curat errorem emendare credit. Aut vere ad sit melius bene dicere credere quam bene agere / Quomodo fides sine operibus aliquid est / et si mortua est / opus autem sine fide nichil est / Aut quomodo ergo facit bonum ut videatur ab hominibus et laudetur et id bonum illius malum est / Cum enim sub hoc potest homo bonum facere in hoc mihi credibile erit ut infidelis faciat bonum propter hoc ipsum quod bonum facere bonum est / Nunc autem cum hodie in carne viventibus sit contrarium sit bonum facere / Sed difficile est et propter simplicitatem ut neque magni illi sancti perfecte potuerunt complere quod bonum est / Quomodo infidelis faciat bonum cum tanto laborat nullam ad spem retribucionis sub hoc seculo / Quis agonem suscipit sine premio tulosum unde palmam non sperat / Quomodo ergo sine dubio sperat aliquid / Ideo facit bonum quia illius voluntatis mercedem merces ab hominibus vanam gloriam. Nam multam dat virtutem homini ad laborandum cupiditas vane glorie. Et si tu indulgenciam possim dicere maiorem dat homini virtutem propter concupiscenciam glorie vane quam fidelibus spes regni celestis. Et sic est vero quia contra spem regni celestis adversatur carnis natura

C

Omnis arbor que non facit fructum bonum/ Prima est mala arbor que non facit iusticiam/ Sed non bonam nec ad finem sufficientem/ Nam quando propter deum facit iusticiam deus illam facit/ Item autem propter vanam gloriam facit bonum dyabolus illud facit/ Et ideo dyabolus delectatur in eo falsos ergo christianos quos deus in ignem mittendos permittit/ quando tu putas participes glorie eterne/ Non omnis qui dicit michi domine domine intrabit in regnum celorum sed qui facit voluntatem patris mei/ falsos prophetas de quibus cavendum erat docuit non alios esse nisi falsos christianos et falsos christianorum predicatores bonis verbis manifeste demonstrat/ Gentiles enim aut Iudei profecto credunt non dicunt Christo domine domine/ Sed illi soli qui tam ex Iudeis quam ex gentilibus visi sunt quandoque credidisse in deum Christum/ Conversantes autem et predicantes contra voluntatem dei et Christi preceptum facti sunt tales predicatores/ Item quia falsos predicatores et veros ex fructibus eorum docuit discernendos/ Sed iam manifestius docet quid sint fructus quibus discernuntur probi doctores et reprobi/ Item enim tantummodo dicere de Christo domine domine et non facere voluntatem dei reprobi sunt/ Item autem dicere et facere voluntatem dei ipsi soli acceptabiles sunt/ Et que est voluntas dei ipse deus docet/ Hec est autem voluntas eius qui misit me ut omnis qui videt filium et credit in eum habeat vitam eternam/ Ergo voluntate dei facere bonum hoc est credere in Christum/ Sicut et alibi Iudeis interrogantibus/ Quid faciemus ut operemur opera dei/ Respondit/ Hoc est opus dei ut credatis in eum quem ille misit/ Credulitatis autem sermo et ad confessionem respicit et ad actum/ Item ergo sit confiteri Christum quod docuit ipse/ Ille credit Christo/ Et quando sit conversatur quod ille mandavit ille credit Christo/ Item autem non sit confiteri quod docuit ille non credit/ Et quando sit non conversatur quod ille mandavit non credit Christo/ Credere autem Christo obedire est Christo/ Item autem non confitetur nec conversatur secundum verba eius/ ille nec obedit Christo nec credit/ Propterea tamen ille qui iste non intrabunt in regnum celorum/ Multi dicent michi in illa die domine domine/ Nonne in nomine tuo prophetavimus/ in qua die quando veniet in maiestate patris sui et fratres separavit eos ad invicem sicut pastor gregem suum/ quando iam nemo ausus est garrula contentione sermonum aut mendacia defendere aut contra dicere veritati/ Prima tunc invidia lis et vana gloria non desdeatur/ Sed plurima iudicum peritimetur/ In illa die quando non

viii

ad loquitur. Et opus absconditur
sicut in hoc tempore. Sed econtra
singulorum opera loquuntur et ora
tacebunt. quia non persona et munus
rogatur et consciencia non videtur
sed econtra consciencia discutitur et ipsa
confunditur dicente apostolo. Cogi-
tacionibus invicem accusantibus aut
etiam defendentibus in illa die
qua nemo accusat peccatores. Sed
omnes se accusant nec alter pro al-
tero intervenit. Et singuli ibi
timebunt quia in illo iudicio
non erunt testes adulatores ho-
mines sed angeli veraces non erunt
iudicantes personarum acceptores
homines. sed deus iudex iustus
qui reddet unicuique sed ope
secundum opera eius. quia ipse timencia
iudicium et angustias iudicii
vocem expressit dicens. Domine de-
Non enim se semel sufficit sibi
dicere domine. quia necessitas tu-
ris astringit. Domine in nomine
tuo prophetavimus. Considera quomodo
in nomine dicant non in spiritu quia
in nomine christi multi ambulant
qui non habent spiritum christi. Secundum tenendum
causa. Ideo non ex nomine est
cognoscendi sunt pravi sed de spiritu
christi quo sperant in nomine christi in
spiritu autem diaboli. Carnales sunt
diviatores. Sed sic distinguitur
quod diabolus multum verum dicat
sicut autem spiritus multum men-
titur. Confessum est autem et diabolo
multum dicere veritatem et
mendacium sunt vara veritate

commendat. Si autem quidquam diceret
vero nec ad temptaciones potentia proficit
seductio eius. Demonia eiciunt in
nomine christi habentes spiritum immundi.
magis autem non eiciunt sed eicere viden-
tur colludentibus sibi demonibus
ipsis et ideo semper eiciunt et nunquam
sanant. Semper autem ipsos demones
quasi castigati clamant et nunquam
quasi amentes recedunt. Et in no-
mine tuo virtutes magnas fecimus
faciunt et virtutes sed ea que dixi
inutilia et nociua sed inutilia
et vana. In omnibus ergo si est prop-
ter discernendi sunt fructus eorum
Si bona conversacio eorum est et vera
confessio. Si autem confessio conver-
sacioni non convenit aut conversa-
cio confessioni falsus est. Tunc lo-
quar illis quia nescio quid estis
Tunc vix tue sustinebo quia gra-
vem iram grandis dilacio precedere
debet et grandis mora iusticie
fiat ex iudicio dei et digno-
rem vindictam peccatorum. Sciendum
quia peccatores nescit deus quia
nec ipsi digni sunt ut cognoscantur
a deo. Sic enim et apostolus ait Co-
gnovit dominus qui sunt eius. non
quia ipsos non cognoscit. sed su-
os illos esse non cognoscit. Ideo
qui peccat non fuerit illius. Et
quomodo te deus cognoscat cum tu
deum cognoscere nolis. Sicut enim
omnes homines naturaliter cognoscunt
deum. non autem vident vere cogno-
scere. quia non digne colunt ip-
sum dominum. Sicut factura factorem
et hoc est secundum naturam quod cogno-
scere. Non autem secundum voluntatem

Dnica infra viii dt

Aug[ustinus]

Sic et deus naturaliter omnes cogno
scit sed non omnes videt vel cogno
scere quia non eos diligit quasi
factor factorum quando christus dominus fi
lios / et hoc est secundum naturam
cognoscere et non secundum voluntatem quia
omne malum alienum est a deo / In
trat autem christus non ut suam verita
tem commendet / sed ut illorum in
credulitatem contempnet / Non ni
si non iuravit christus mentitur / sed
ut illi amplius confundantur fir
mori risu / quia qui mendax est
inveniet putat dicere veritatem neque
apud deum / Sicut enim non secundum
qualitatem deceptus mentitur / sed propo
sito mendax est numquam desinit esse
mendax / neque post mortem / Nam
mors quamvis animam a corpore separet /
causam autem propositum non mutat / Unde
sic considera eos etiam post mor
tem mendaces Domine domine in nomine
tuo hoc et hoc fecimus nudius quae
faciebant ipsi apud se quia numquam
dilexerunt christum nec fecerunt vo
luntatem eius / sed putant se sic
in hoc seculo homines deceperunt / sic
et ibi deum fallere posse / Et ideo
etiam nunc dicit illis Discedite
a me qui operati estis iniquitatem /
sed qui operamini iniquitatem / quia
iniquum nec post mortem desinit esse
iniquum / quia et si peccare non pos
sunt tamen peccandi propositum tenent
Omnis qui audit verba hec et
facit ea frequenter innovavit / quia
homines aut passionibus fle[xi]
aut erroribus fracti aut persua
sionibus falsorum doctorum circumducti

Qui mendax est nec mendax (?) dicere veritatem putat

Iniqui post mortem non desinunt esse

relinquunt fidei veritatem et ad
mendacium falsitatis transmigrant
quasi si que habent unius simul perpe
tuitate intelligens et recordaremini
numquam de perditione talium homi
num stupeas / Quomodo enim permaneat
apud deum qui numquam stetit in
christo / aut quod illum teneat
veritas qui numquam tenuit veri
tatem / aut quod servat eum iusti
cia qui iusticiam non servavit
Omnis qui audit verba mea
hec et facit ea que verba que
superius dixit vult quicumque vult esse
verus christianus non solum non
occidat / sed ne irascatur sine
causa / Non solum non periuret
sed nec iuret / non solum fornicet
sed nec oculis concupiscat
Non solum percutiat sed nec repercussus
repercutiat / Non solum ut aliena
non tollat sed etiam rogantem di
mittat / Non solum suos diligat
amicos sed etiam inimicos / Elemosinas
non faciat coram hominibus / Ora
tionibus insistet intrans in cubi
culum suum / Ieiunia celebret
non cum tristicia / Non iudicet fratrem
suum peccantem sed sue infirmita
tis consideratione ignoscat / Non
det sanctum canibus nec margari
tas suas mittat ante porcos
petat / querat / pulset / et accipi
at / Attendat autem a falsis prophetis
Cum ergo talibus se edificaverit man
datis quod potest fieri ut aliquando
fractus temptacionibus cadet
aut etiam quod pessimis tempta
tionibus stabit / qui se in illius

viij

[I]usticie fundamento ligaverit / Quia
ista custodivit et credidit et culpa-
vit deum quia quod custodivit / Si-
militer illi spiritualis fortitudo diaboli
in quibus iustus christus non convincit
magis quam illorum predicatorum lauda-
dus est deus quam culpandus est
tamen soli penitentes qui precepta mandata
contempnunt / Similabo eum viro
sapienti / Non dixit estimabo
eum virum sapientem sed similabo
eum viro sapienti / ergo aliud est vir
qui similatur / aliud est cui similatur
ego qui similatur homo est cui autem
similatur christus est / Christus enim (Nota)
est sapiens vir qui edificavit
domum suam id est ecclesiam supra petram
id est supra fortitudinem fidei / Nam et
fortitudo fidei dicitur petra christiana
et omnis christianus petrus est dictus
ad quem dicit dominus autem christus Tu
es petrus et super hanc petram
edificabo ecclesiam meam et porte
inferi non prevalebunt ei / Insipiens
est vir stultus diabolus de quo
dicit Jeremias / Clamavit per-
dix et congregavit filios quos
non genuit / fecit divitias sed
non cum iudicio / in dimidio
dierum relinquet eas et in fine
eius erit stultus / Iste ergo diabolus
insipiens qui edificavit do-
mum suam supra arenam / Domus
enim eius autem omnes fuerunt
gentes / Sicut enim sciti sunt de-
cepti / Ita et semper domus sunt
inimici / Edificati autem sunt super
arenam id est super inconstitutam [illegible]

delitatis / Arena vocatur que per varias
ad idolorum culturas semper dispersa
est / Aut certe super arenam id est super
tales homines et infideles / Ideo
autem tales homines arena dicuntur
non terra quia terra quidem fructum facit
arena autem sterilis manet / Deinde (Aug)
de quia terra quidem unita est / et in
semetipsam constructa / Arene autem
grana que conveniunt / sed veniet ad
ventum admittet / Sic sunt et omnes
homines infideles qui sunt sub
diabolo quia sunt uniti / nec unum
sapiunt / sed per diversas sunt opiniones
dispersi et alius quidem dicit sic /
alius autem sic / Sicut dogmata philosophorum
quos docent que sunt contraria
sibi semper / et quia perfidia hereticorum
qui invicem sapiunt contraria / Sed quot
sunt tot sectas habent / Propterea quod are-
ne assimilatur diaboli omnis perfidus /
Proprietas autem dei non solum non
convincitur terre / que quamvis com-
pacta sit / tamen solubilis est / Sed est
sicut lapis constitutus et indissolu-
bilis / Terra quia diaboli perfidia
immutabilis est / sicut arena dei
[illegible] vocatus pena electi /
Pluvia autem est doctrina / quia sicut
pluvia irrigat terram ut proferat
fructum / Sic doctrina irrigat hominem
ut iustitiam operetur / Sicut dicit
dominus per Ysaiam de tollenda a
Iudeis doctrina / Et mandabo
nubibus ne pluant
super eam pluviam / Nubes enim dicuntur
prophete et apostoli / quia sicut nubes
baiulant pluviam et effundunt

C.

super terram. Dicit propheta et apostolus
accipiunt eam et effundunt illud
super irrationabilem terram. Sicut autem
nubes que a spiritu sancto concita-
ntur et sunt nubes que a spiritu
aeris portantur. Sicut propheta dicit
Tenebrosa aqua in nubibus
Nubes aeris. Nubes enim que a spiritu
sancto concitantur candidam baiulant
aquam id est veram et sanctam doctrinam
Que autem a spiritu portantur aeris te-
nebrosam baiulant aquam id est falsam
et impiam doctrinam. que non il-
luminat sed tenebrescere facit men-
tes eorum qui susceperint eam. Ven-
ti autem ex parte quidem mala demoni-
aci spiritus qui contra precordia hominum
flant. Ex parte enim bona spiritus
administratorii vel angeli qui
invisibiliter in spiritibus hominum operantur
et adducunt ad bona. Et re vera in-
de proprietate venti pluvie commune
commollire et solvere. Ventorum autem
ad contrarie urgere. Sic ergo impio-
rum nubes false sunt doctrina
persuasionibus commolliunt homines
et blandimentis et persuasionibus
solvunt. Diabolus autem intrat in
corda quasi ventus urget ad con-
sentiendum inducens eorum volun-
tatem ad peccata compellit. Sic et in
parte bona sancte nubes doctrinam
iustitie persuadent hominibus
et rationabiliter persuadent ut pla-
ceant. Spiritus autem sanctus vel ange-
li quasi quidam venti ~~fructus~~
operantes in cordibus fructum
homines acquiescant veritati. Sicut
enim non est possibile ut ex sola
pluvia fructificet terra nisi
flaverit super eam ventus. Sic
non est possibile ut sola doctrina
corrigat homines nisi cooperetur sanctus
spiritus sanctus in cordibus ipsorum
Flumina vero spiritu pleni et in
verbositate instructi. Carnales
sunt pharisei [illegible] dogmatum
oratores grammatici ceterique sa-
pientes non secundum deum de quorum
ventre non fluent aque vive
flumina sed inundantes doctrine.
Ex parte autem bona e contra docto-
res ceterique sapientes secundum de-
um de quorum ventre fluent fla-
mina aque vive. Sicut etiam ergo
qui vir sapiens edificat super pe-
tram edificant neque plurima
inundationes doctrine corrumpunt
neque diabolus impellit neque
violentorum fluminum impetus
commovet illam et si humiliatur
etiam propter temptationem tamen permane-
nt per fidem christi. Sic est
contrarium quod quidem de celo
cadant. Illa enim similitudinem eorum
fuerunt. Sicut enim non omnes
qui sunt ex israel hii sunt israhe-
lite. Sic non omnes qui christiani di-
cuntur etiam christiani sunt. Per nature
enim opera aspicienda sunt non
nomina. Dicit enim apostolus Cogno-
vit enim dominus qui sunt eius
et discedat ab iniquitate omnis
qui invocat nomen domini. Ergo
qui discedit ab iniquitate

Nubes

Multi de celo cadunt

Ille est xpus. Non qui continue
vocat nomen xpi. Isti enim tales
non super fidei petram erant edifi
cati. Sicut superius ostendimus. Ad[illegible]
suam domum autem quam edificavit
stultus super arenam, i. aduersus
gentiles et omnes impios qui
sunt diaboli domus. Descendit plu
via, i. contrariis doctrina prophetarum
et apostolorum contra eos. Descende
runt venti, i. spiritus spirituales aut
angeli qui invisibiliter operantes
homines ad fidem contrarius in
clinat. Venerunt flumina, i. qua
tuor evangeliste aut ceteri sapientes
et impegerunt in domum illam
et sic cecidit. Domus diaboli spiritu
alibus instrumentis et erecta est
domus xpi. Et ne mireris quia
gentes venientes ad pedes
cecidisse dicuntur. Ceciderunt n.
diabolo in surgente xpo. Ecce in
omnibus hiis quod diu ambulat in pec
catis diabolo stetit, xpo autem iac
uit. Cum autem conversi sunt ad iusti
ciam diabolo cadit, xpus autem sur
git. Dicit enim apostolus de homi
nibus liberatis a xpo. Ascendens
in altum captivam duxit captivi
tatem. Item dicit quod dum fortis
armatus custodit atrium suum
in pace sunt omnia illius. Sed ad
veniente fortiore diripuit vasa il
lius, videlicet omnes impios
de quibus edificata sunt diaboli

domus. Si ergo quantum ad diabolum
attinet ad libertatem fidei sunt re
versi si direpti dicuntur. Si xpum
similiter et cecidisse dicuntur quantum ad
statum suum priorem in quo surrexe
runt in fide. Et facta est rui
na eius magna. Talis videlicet
in toto orbe destructis mendaci
ciis in tota terra reductis erro
ribus solutis quia totus mun
dus diabolo cecidit. Xpo autem sur
rexit. Sic ergo domum quam stultus
edificaverat super arenam sapiens,
Rex spiritualibus armis fortiore suo
rum destruxit. Domum autem quam
sapiens, i. xpus edificaverat supra
petram, i. xpum. Omnis enim audit
verba xpi et facit ea. Ipse est
qui edificat se super petram xpum.
Xpus enim mansuetudo est. Qui
edificat se in caritate edificat
se super xpum. Xpus enim caritas.
Item edificat se in iustitia edi
ficat se super iustitiam xpum. Xpus
enim iustitia est. Et in quatuor spe
ciebus edificavit se super petram
xpum se edificasse videtur, quia
omne bonum xpus est. Nullus autem
est xpo quam sic etiam xpi
edificata super petram nulla eam
adversitas dirumpere potest. Et dicat
cum paulo. Quis nos separabit
a caritate xpi? Tribulatio an an
gustia. Sic stulto diabolo similis
est omnis homo qui se edificat
super arenam. Super arenam autem

Hic edificat qui audit verba christi et non
audit ea / Verba enim que non con
uertuntur ad opus arena sunt fri
gilis / Sicut enim grana arene
non conueniunt in unum neque adherent
inuicem / Sic verba que audiuntur
et non conduntur ad unam massam
per opus separata sunt et dispersa /
Ideo assimilantur arene que nun
quam cum semetipsa coniungitur Er
go super arenam edificat se omnis
christianus qui ex auditu solo verbum
credit in christum et non per opera bona
confirmat se in christo Sed et qui fa
cit opera mala super arenam edifi
cat Arena enim omnis malicia
de qua diximus supra / Et qui cum
hominibus infidelibus instruit se super
arenam edificat / Similis est stulto
diabolo / quia sicut diaboli domus
istoria fidelia est a christo destructa est per
opera ministrorum eius et gradium /
Sic et ille hodie aut cras destru
uendus est per opera ministrorum eius
vel demonum vel hominum impio
rum / Et hii tales sunt quos ca
dem de ecclesia significat super
eos qui non se edificauerunt super pe
tram / Sed magis super arenam Et
cit ruina eius magna quia ma
gna / Sicut enim domus que habet
validum fundamentum / Si pars
aliqua parietis vel tecti ca
derit ruina eius magna non
est / quia potest fieri ut iterum repa
retur / Si autem fundamentum eius
fuit passum aliquid tunc est
ruina eius magna quia ad
venit deorsum / Sic et christianus
si fornicatus fuit aut adulte
ratus aut homicidium fecit / cadit
quidem tamen ruina ~~est~~ magna non
est / quia potest iterum ad penitenciam
surgere sicut Dauid / Si autem de
fundamento fidei aliquid fuerit
fissus id est puaricatus fuit et ad
gentiles et ad hereticos transien
tus est ruina eius magna /
quia totus funditus ruit Et
factum est cum consumasset ihesus verba
hec admirabantur turbe super
doctrina eius / Placuit vacilla
bilis hominis intellectus eun
dem generat / Similiter autem admi
racionem / Magnum enim laudare
non possunt hec admirantur ad
imitacionem eorum magis ad ex
emplum pertinebat qui ad fidem
ipsorum / Non enim ideo mirabantur
quasi credentes in christum / Sed quasi
irreprehensibiles audientes sermo
nes / Si autem credentes essent in
christum quam mirarentur sicut potentes
credentes / Nam omne dictum aut
factum illud mouet ad miraculum
quod separat scientis aut dicen
tis personam / Verbi gratia Si homo
aliquid tale dicat quod excedit
naturam mensure eius quamuis
aut magnum sit quod deus di
cit aut facit tamen minus est
quam dei persona / Ideo quicquid
a deo factum vel dictum audi
mus non admiremur quia omnia minora

sit quam dei potencia / Tamen audiebat populus cum silencio et gravitate et admirans persistebat in verbis ipsius / tamen admiracio et si ipsa non est ex fide tamen initiacio est ad fidem / Nam qui admiratur de eius doctrine / quamvis adhuc non credit tamen iam in ipso sinonimem credulitatis consistit ut credat / Turbe enim que mirabantur i. populus quilibet non erant ibi pharisei aut principes populi aut sacerdotes qui solent non discendi studio audire / sed contradicendi / non ut aliquid salutis acquirant / sed aliquid calumpnie inveniant / Et ideo simpliciter audiebat populus simplex / Si autem aliqui eorum fuissent sub dubio silencium et gravitatem populi sicut consueti fuerant contradictionibus suis conturbassent / quia ubi maior studium / illic malicia fortior / Tunc autem festinavit esse prior difficile contentus est esse secundus / Erat enim docens eos sicut potestatem habens / Unus doctor sicut unus est Aucto[r] legis quia neque super legem addere potest aliquid de suo sensu neque subtrahere aliquid secundum suum intellectum / Sed hoc tamen predicat quod habet in lege nec enim potest lex detrahere . quod scriptura dicat / Sicut enim ait Salomon Ne addas ad verba dei neque subtrahas / Unde Qui autem hoc ausus est facere / se sapienciorem putat esse quam deum / et incipit falsus esse testis / quia illud dicit quod nec auris audivit nec oculus vidit / Christus autem dominus est legis / et subtrahere potest de lege quod propter necessitatem temporis iussit ut puta propter duriciam cordis / Ideo iussum fuerat dare libellum repudii Unde illud per potestatem domini subduxit dicens / Quod deus coniunxit homo non separet / Item et adducit quod propter infirmitatem hominum minus fuerat iussum ut puta antiquis dictum est / Non occides / Ego autem dico / Non irascaris ideo non mirabantur / quia non quasi servus legis sub potestate constitutus illud docebat quod fuerat iussum / Sed quia dominus legis et habens potestatem sua auctoritate addebat super quod fuerat dictum dicens antiquis dictum est hoc / Ego autem dico hoc quod sequitur C. viii

Cum descendisset de monte secute sunt eum turbe multe / Unde quia supra montem discipuli tamen dicuntur ascendisse ad ipsum Descendente autem eo de monte secute sunt eum turbe / quia in montis cacumine est fastidium / tamen in ecclesie communi apparare turbe populo non pri

Vel peccatis gravate vel curis mundialibus onerate, nec post dominum imitatione Christi nec sublimes audire sermones qui dicuntur in monte | Sed soli discipuli qui a passionibus viciorum liberi sunt, qui curis mundialibus onerati sunt | non propter ea quasi liberi et expediti ad dominum accedere post fieri imitatores eius in omnibus ut sublimiores sermones eius possint audire | At ubi descendit ad humilia de altitudine pietatis propter infirmitatem hominum sequi eum non poterant super montem | Tunc secute sunt eum turbe multe. Ecce leprosus. Sciendum quod lucas quidem et marcus statim in primis ponunt demoniacum curatum | In secundo autem loco mulierem curari infirmitate febrium liberatam | Ista videlicet ratione quod maior est cura de salute anime quam carnis | Primum quidem quia dignior est anima quam caro | anima enim sine carne vivere potest | caro autem sine anima vivere non potest | Secundo autem quia in omni peccato prius anima peccat quam caro | Nam nisi prius anima sunt contacta numquam caro peccare potest | Caro quidem concupiscit prius anima velle potest | peccare autem non potest | nisi anima consenserit quia caro in potestate anime est | Non anima in potestate carnis | Ideo ergo necessarium fuit ut anima que prius ceciderat ante resurgeret | Deinde

Caro peccare sine anima

S

Anima liberata a potestate diaboli carnem suam liberare potest a peccato | Caro autem sanata ab infirmitate animam liberare non potest a peccato sed magis eam erudit | quia incolumitas carnis semper impingit iusticie disciplinam | Sed autem Matheus statim leprosum ponit mundatum in misterio carnis | Quod ergo preterit ratione quam alii ex ordine tetigerunt modo | secundum ordinem eam exposuit | pro eo enim quod illi posuerunt demoniacum curatum in misterio anime | Iste propter salutem anime posuit Christum docentem in monte quod alii non posuerunt | Nam sicut effugato immundo spiritu liberatur anima de potestate peccati quod fit per suggestionem per diaboli | Ita et verbum doctrine solvit operationem diaboli et animam liberat ab errore | ceterum quod peccata que diabolo suggerente nascuntur quia per solum ille diabolus patitur anime corporis separatur ab eo | Sed cetera omnia que fiunt diaboli voluntate penitus separabitur ab eo | Leprosum autem ponit de misterio carnis sanatum | Lepra enim passio est carnis | Sed ne forte diceret aliquis apud se | verba quidem magna et terribilia sed opera nulla | Dicere grandia non est mirum | facere melius est | Ideo excitavit leprosum ut mundato illius miraculo precedentibus verbis auctoritatem prestaret ut de verbis

Curacio leprosi vel demoniaci

mirabilis & mirabilior erit in
ope. Ecce leprosus. Quasi id patri
descendenti illi occurrat / Ne for
te et ideo descendit ut leprosu
mundaret / lepra enim est peccatum
maculans animam nostram / Ideo
ergo dominus de altitudine celi qua
si de excelso monte descendit /
ut lepram peccatorum nostrorum mundaret /
Quare putas iste inter ceteros
non ascendit in montem ut au
diret sermones divinos quia le
pra erat gravatus et peccatorum ba
iulans pondus sursum ascende
re non valebat / Aut non audisti prophe
tam dicentem quod leves debeant
esse qui ad ecclesiasticam montem asce
dunt / quis inquit ascendit in mon
tem domini aut quis stabit in loco
sancto eius / Innocens manibus
et mundo corde / Quicumque ergo in malo
ambulat non potest in altitudinem
ascendere que mons dei ap
pellatur nec audire spiritualem doc
trinam / et si venit / corpore quidem
venit / animo autem non descendit /
Quia autem cum pravo corde non ve
nit / nec illi prodest / quia corpore
non venit / et si audit spiritua
lem doctrinam non intelligit
quia sensus eius carnalium vitiorum
lepra corruptus est / Non enim
bonarum rerum potest sentire saporem
quamdiu delectatur in malis / quamdiu
enim delectatur enim in malum non
potest enim delectare bonum / Tunc
autem incipit ei placere bonum /
cum ei per displicere malum. Re
mens adorabat eum / Ordo perfectus
est fides et confessio sicut apostolus
ait / Corde creditur ad iustitiam /
autem confessio fit ad salutem / Et
et leprosus opus adorans
impleuit confessionis autem in
verbis / Domine si vis potes
me mundare / Non illum petebat
quasi artificem hominem / Sed ado
rabat quasi deum spiritualem medico
spiritualem afferebat mercedem /
Nam omnis medici petunt / Iste
autem solus oratione placat / Vere
enim nunc est dignius quod offe
ras deo quam orationem fidelem / Quia
quod enim obtulerimus de suis / ora
autem de nobis / Domine si vis
potes me mundare / Non de vo
mentibus ponunt / quia dicunt et non
faciunt / et dum penam predicant peccatis
fugit et contempnitur pena peccati
futuri / Si enim fastem super humeros

De Sacerdotum pietate

Adolescentis quam non potest baiulare posu-
eris se recesse bene / ut aut fascem
reiciat aut insipiens dum ferre non
potest scandalisatus amplius peccet / Et
inde et si erramus in modicam impone-
tes penitenciam melius est Christo de miseri-
cordia dare rationem / quam Christo crudeli-
tatem. Ubi paterfamilias largus est
dispensator / non debet esse tenax /
Si deus benignus est quid tu sacer-
dos eius austerus vis apparere. Si ita
circa penitentem tua / esto austeritas ali-
orum aut benignus / Audiant te ho-
mines peccata condempnantem et gratiam fa-
cientem / Talis autem est sacerdos qui
sibi indulget et aliis exigit / quasi
quidam malus exceptor tributi in ma-
iestate qui se revelat et honerat
impotentes / Omnia autem opera sua fa-
ciunt ut ab hominibus videantur. Sa-
cerdotum supra sacerdotum et predicatorum et
auditorum condicionibus receptatus
est / In sermone autem responsionibus suis
est auditus commendans se sicut di-
cunt tales doctores audientes
suum imitandus / Hinc autem ostendi-
tur Christus quod non poterant credere. Ho-
hoc est quia omnia faciunt ut ab ho-
minibus videantur / Impossibile est enim
ut credat quod celestia predicanti
qui gloriam hominum concupiscit eterna /
Sicut ipse alibi ait / Quomodo potestis
credere gloriam querentes ab invicem
et gloriam que a solo deo est non que-
ritis / In omni re ex ipsa re nascitur
quod consumat rem ut putat in li-
gno nascitur vermis qui consumat

lignum ex vestimento nascitur / Tinea
a qua comeditur vestimentum / Ex
oleo ortibus nascitur vermis qui
olea cuncta corrumpit / Sic et in
spiritualibus ex ipso proposito carum
spiritali accipit occasionem inimicus /
Unde eis gratia tollitur / quia et
a semetipso agere inimicus potest sine occa-
sione a nobis accepit / Ideo quodque
quemque hominem aggreditur secundum con-
dicionem et statum quem invenerit. Circa
ergo potentes inter bellatores nascitur
de potente condicione contencio in di-
gnitate secundum ambitionem honoris
surgit / Invidia inter divites de
acquisitione fit zelus / Quia dicam
inter ipsos cimelicas qui contendunt
vana ludibria de ipsis ludibrium
sibi invicem adiunxerunt ut quis pe-
ius dederit illius melior esse
videretur / Ideo et sacerdotes qui positi
sunt ad ornamentum populi i. ad edi-
ficationem sanctitatis ex ipso edificio
eorum accipit color diabolus ut
corrumpat ministerium eorum ut hoc
ipsum honorum datum Christi hominibus faciet
fiat in malum / Tolle ergo hoc studi-
um de clericis ne velint honorabi-
liter apparere et sine labore omnia sibi
ea presentarentur / Ex hoc studio na-
scitur ut ne velint nisi se meliores
habere sicut Iudei Christum / Nam cum
viderent eum filium dei esse con-
derunt / Si habe talem in suo persi-
nentes / Sicut inspectant de illius
merite ... nostri quia d-
utilis est nobis et ...

xxiiij

in nobis peccata legis. Et hoc manifeste
quod clerici peccantes difficile corri
gantur et maiora agant. Unde est et tu
aliquid vero videns quod hec fiunt
iudicio. Dilatat enim filacteria et
magnificat fimbrias vestimentorum
suorum. Quorum et illorum hec scelerum
et Phariseorum exemplo et nunc multi
aliqua nomina hebraica angelorum
conscribunt et alligant, que non
intelligentes lingua hebraica quasi
medicina videntur. Et ergo et nunc
sunt tales, ubi fuerunt et illi
qui propter eorum de Iudeis recesserunt.
Non modo de hominibus quod tales
proponentes de illis videmini ex
ponere. Ergo sacerdotes ex eo quod sto
lam ab hominibus videri iusti pro
lateria alligant circa collum. Cum
deus per partem aliquam ewangelii scripta
in cartas inspiciens. Nomine
cotidie in ecclesia ewangelium legitur
et audit ab hominibus. Non ergo posi
ta in ambonibus nisi quod possunt
quod pro circa collum suspensa sal
vare. Deus enim ubi est potius ewangelium
in figura cartarum an intellectu
sensum, si in figura bene circa collum
suspendis, si intellectu, ergo melius
in corde posita sunt quam circa collum
suspensa. Alii autem qui sanctiores
se ostendere volunt partem fimbrie
aut capillorum suorum alligant
et suspendunt. Quod impietatis maiorem
sanctitatem in suis vestimentis
ostendere volunt quam in corpore

ut qui corpus eius manducatis sancte
non sine fimbrie sanctitate qui sal
vetur nisi desperans de misericordia dei con
fidet in vestimento hominis. Et quod
Samuelis non dubitat sua sudaria et
semicinctia sua ut salvarent infirm
os. Sed ante iam notitia dei in hominibus
esset. Idea causa ut per sanctitatem homi
nis dei potentia cognosceretur. Nunc autem
in fama est. Nam postquam dei potentiam
cognovimus quod necessarium est ut hominis
potentiam cognoscamus. Nam quia ne
cessarium non est ut deus ostendat per
sua sanctitate. Et hoc facit sine dubio
se festinat ostendere quod deus. Alius
autem sic interpretatur hunc locum quia
per observationes mandatorum dila
tant verba sua quasi filacteria et
ostendunt populo ea assidue predican
tes, quasi confirmativa salutis earum,
quales autem de quibus corpus dice
bat. Sine causa autem colunt me do
centes doctrinas et mandata hominum.
fimbrias autem vestimentorum magnifi
catas dicit super eminentias manda
torum eorundem magnificatas quod
enim primas illas et superfluas ob
servationes instituerunt suarum tradit[ionum]
quia communias et valde deo pla
centes fimbrias vestimentorum suorum
magnificant. Amant autem primos re
cubitus in conviviis. Et hec si
spiritualiter edificant intelligunt si
vel corporaliter non solum edificant
sed ad hunc magis destruunt. Unde
pone aliquem tarde esse tacentem

c

[R]ecumbens laudabile est in ultimo loco discumbere discumbit post omnes et non solum vacanciam cordis non dimittit / sed adhuc aliam vacanciam humilitatis acquirit / Et qui vult videre ~~adhuc aliam vacanciam humilitatis~~ ipse etiam humilis videatur ab aliis / Multi enim sunt superbi / qui corpore quidem in novissimo recumbunt / cordis autem elacione videntur sibi in capite recumbere / Et multi sunt humiles in capite recumbentes et in consciencia se existimant in ultimo esse / Quoniam igitur deus spiritus est / non ad carnem loquitur sed ad spiritum / Caro enim spiritualia non intelligit / Sed quoniam spiritualis est qui nos cognoscat quae secundum verba nobis precepta mandata dei sunt / Sic ergo spiritus ad spiritum dicit spiritualiter non carnaliter dicit / Non enim tantum curat deus ubi corpus hominis iacet / sed in qua parte mentis constitutus sit / Collocata ergo quod mens nostra in ultimo loco recumbere / quod solum sit corpore novissimum vacantes / sed etiam animo novissimos nos omnium esse credentes / Nunc causa corpore se humiliat qui corde se praefert / Unde non vituperat eos qui in primo loco recumbunt / sed eos qui amant primos recubitus ad voluntatem vituperatur recipiendum non ad perfectum / Et salutationes in foro / Primas salutationes non solum in tempore sed etiam in loco, id est non solum exigunt ut primi illos salutent / sed etiam ut voce clamantes Ave rabbi non solum semel sed etiam capitibus et

in publico ad invicem coram omnibus venimus / Et vocari ab hominibus rabbi: vocari volunt non esse nomen appetunt et officium negligunt quod est esse magister quam discipulus non habet / Da ergo operam et invenies fructum acquire discipulos et esto magister / Vos autem nolite vocari ab hominibus rabbi / Vide quod deo debetur nobis presumatis / Talite et alios vocare rabbi nec divinum honorem hominibus deferte / Unus est enim magister omnium / Quem omnes homines naturaliter docet / Si enim hic homines erudiret omnes homines discerent qui sunt doctores / Nunc autem quippe homo non docet sed deus / Multi quidem docentur / pauci quidem discunt / homo enim homini non intellectum praestat docendo sed a deo positum per admonitionem excitat / Doctrina enim cotis ad officium / Sicut enim cotis quod sit ferrum sed acuit / sic sine causa insensatus docetur / Maxime autem vos qui spirituales estis quod vobis ferrum carnem magistrum / Quia carnalis doctrina disciplina generat spiritualem / Scriptum est enim / Beatus homo quem tu erudieris domine et de lege tua docueris eum / Et patrem nolite vocare vobis super terram quia unus est pater vester qui in celis est / Ergo non eum te filium hominem / Ergo quo terrenum te professus es / Ergo quo patrem de celo ubi vocasti dicens Pater noster qui es in celis / Ergo quo celestem professus es patrem vocari deum / turpe est ut et terrenum professus te terrenum patrem vocando semper

xxiii

Terra / Sicut enim in arbore quamvis plu-
rimos ramos producat / Tamen omnem
ramorum vim ducit radix / Sic et in
mundo quamvis homo hominem generat tamen
unus est pater qui nos creavit / Nam
et nos fratres sumus patrum nostrorum
quia non ab ipsis nati sumus / sed
per ipsos, id est, unum innatum vite hominis ex
eis scilicet insitum accepimus vite per eos
Qui autem se humiliaverit exaltabitur et
qui se exaltat humiliabitur / In convivio
hoc est spirituali, id est in hac die vo-
cationis primos recubitus defendebant
sibi iudei / Humiliati autem sunt post
gentes novissimi et gentes con-
tempti sunt / quando se novitatis intel-
ligebant / facti autem sunt ad iudeos
quia nunc prima novitas est consi-
deranda / Sed dignior / Ecce autem
ad premium mercedis novitatis sunt
Isti autem ad cenam magnam illorum
vanitates fuerunt exemplo Historia ait
filius ipse qui cum causa eorum
illorum dilectio ex prioribus cum
apud deum / Historia autem ex fide ipse
Ideo alibi tangens iudeos dice-
bat / Tu autem cum vocatus fueris ad
nuptias, id est ad nuptias Christi noli
recumbere in loco primo / Ve autem
vobis pharisei scribe hypocrite qui
comeditis domos viduarum / Sexus
muliebris mutantis et mobilis
mollis est / In tantum quidem quia
omnia que videt aut audit cito ca-
pit et statim non considerat / Mobi-
lis autem quia facile flectitur vel de
malo ad malum vel de bono ad

malum / Debilis autem sexus mulier
est et dubia / Mulier quidem quia omnia
que videt desiderat statim / Debilior autem
quia sit de malo facile revocatur
ad malum / Nam sepius mulier ideo
que debilior est / quia irrationabilior / Sic
autem phariseum ut ostendas mulieres
mutantes et faciles / Hypocrita in prius
studiis ita mulieres facile constringit /
quia nec intelligere impositiones eorum
facile possunt mulieres / cum sint mansue-
te et ad dilectionem eorum religionis
gratia inclinantur / cum sint molles cor-
de / Maxime autem permanet viduis
mulieribus propter duas causas / Primo
quia vidua mulier nec facile de-
cipitur habens consiliatorem virum / Secundo
nec facile de facultatibus suis ali-
quid eis prestat cum sit in potestate viri /
Vidue autem et facile decipiuntur non ha-
bentes consiliatorem virum / Secundo nec
facile de facultatibus suis aliquid
eis prestat cum sit in potestate viri / Vidue
autem et facile decipiuntur non habentes
consiliatorem virum et facile de rebus
suis talibus prestant cum sint mulieribus
potestati subiecti / Hypocrita vero viduas
sacerdotes confirmant domos monet cum
mulieribus viduis amplius permanere
quam ceteris / quia et si exhibitus per
manducandi sunt mala / Tamen suspi-
cio est mala / Ve vobis qui devo-
ratis domus viduarum oratione lon-
ga orantes qui avaritiam suam re-
ligionis colore depinguntur et quanto
dominus sicut arma prestitus sunt autem
et iniquitas domini pretius est magis
qui longis orationibus quasi magis

C.

Veteribus iudeorum facultates prestatis
primum quidem ~~xpi cognoscebat~~ adventum per eo
quod esset iniqui / aliud per eo quod signum
tum assumpserat sanctitatis / Ve vobis
scribe et pharisei ypocrite qui clauditis
regnum celorum / Vult enim dominus osten
dere sacerdotes iudeorum omnia avari
cie causa / qui per scripturas quidem xpi
cognoscebant adventum / Consuetudinem
autem quia et si xpm crederent finis
consuetudo sacrificiorum offerendorum fore
fuerat extinguenda / et sacrificium iusti
cie successurum / sicut de eo psalmista
testatur / Afferte domino gloriam et honorem
tollite hostias et introite in atria
eius / Ideo perversa interpretacione aditum
sciencie populi claudebant ianuam legis
et prophetarum / quia adventum xpi in ea
manifestissime erant locuti / ut a fide xpi
homines sequerent timentes / ne forte
xpo credito ipsi sacrificiorum oblacionibus
fraudarentur / Magis enim cupiebant
ut lege manente in usu esset sacri
ficia quibus ipsi ditabantur / non deus
qui lege testante sacrificia iusticie ve
nirent in usu / quibus deus delecta
batur et homines iustificabantur / Regnum
enim celorum dicitur scripture quia in illis
inscriptum inscriptum est regnum celorum / Ianua
eorum intellectus eorum / Aut regnum
celorum est beatitudo celestis / Ianua autem
eius est iusticia per quam introitur
in eam / Claviculari autem sunt sacer
dotes quibus creditum est verbum docendi
et interpretandi scripturas / Clavis autem
est verbum sciencie scripturarum per quam
aperitur hominibus ianua veritatis /
Ad aperiendum autem est interpretacio sed
vera / Vide quia non dixit ve

vobis qui non aperitis regnum ce
lorum / sed quia clauditis / Ergo non
sunt scripture sacre clause sed obscu
re quidem ut cum labore inveniantur
tur / Propterea dicit Petrus in
epistola sua de scripturarum obscuritate
quia non sunt ut voluit homo lo
cutus est homo / Causa autem obscuri
tatis multiplex est / Cui satisfacien
tes causas dicimus duas / Primum
quia deus voluit alios esse doc
tores alios discipulos / Si autem omnes
omnia scirent doctor necessarius non
erat / et ideo esset rerum ordo confusus
Nam ad eos quidem quos voluit esse
doctores sic dicit per Ysaiam Loquimini
sacerdotes in cordibus populi / ad
eos autem quos voluit discendo
cognoscere iusticie veritatis sic dicit
in cantico / Interroga patrem tuum
et dicet tibi presbiteros tuos et annun
ciabunt tibi / Et sicut sacerdos nisi
omnes manifestaverit in populo
veritatem / dabit racionem in die
iudicii / Sicut dominus dicit ad Ezechi
elem / Ecce speculatorem te posui
domus israhel si non denunciaveris
impio et aprianus vias suas disce
dat / Ipse quidem in peccatis suis
morietur / Sanguinem autem eius de ma
nu tua requiram / Sic et populus
a sacerdote nisi docuerit et cogno
verit veritatem dabit racionem in die
iudicii / Sicut est dicit Ysaias ad
populum Extendi manus meas mane
et non audiebatis ideo in ira
perdicionem credidero / Sunt enim profundas

De racione reddenda
pastoris

xliiij

Celarium autem vestiarium suum non habet
expositum cunctis / sed alios quidem habet
in domo qui dant / alios qui accipiunt /
Sic et in domo / alii sunt qui docent /
alii qui discunt / Item obscura est noti
cia veritatis / ne tamen utilis inve
niatur quam contemptibilis / Contemp
tibilis enim est si ab illis intelli
gatur a quibus nec amatur nec custo
ditur / Non ergo in scripturis absconsa
est veritas sed obscura / Non ut non in
veniant qui querunt eam / sed ut non
inveniant eam qui querere eam nolunt /
ut ad illorum quidem gloriam pertineat
qui invenerunt eam / quia desidera
verunt eam et quesierunt et invene
runt / ad illorum autem condempnacionem
qui non invenerunt eam quia nec
desideraverunt eam / nec quesierunt nec
invenerunt quia nec desideraverunt eam
nec quesierunt / nec invenerunt /
Sic per comparacionem esse condempna
bimus ignorancia veritatis quibus
sunt inveniendi facultas si fuisset
querendi voluntas / Nam si veritas
salus et vita est cognoscenda se /
magis debet queri quam querere
ostium claudebant scripture sacerdotes
aliud pro alio interpretantes /
interpretata dicit Ysaias / Ipse dominus
veniet et salvabit nos / Tunc
aperientur oculi cecorum et aures
surdorum et lingua mutorum
diserta erit / Hec signa erunt ad
ventus Christi / Cum ergo dominus mutum

sanat / et surdum perversa ad in
vencionem dicebant / hic non eicit de
monia nisi in Beelzebub principe
demoniorum / Ut autem populum a fide
impedirent / aut etiam claudebant ianuam veri
tatis / quod posuerunt decretum / ut si quis
eum diceret filium dei fieret extra syna
gogam / Sic et modo clerici sacerdotes
claudunt ianuam veritatis / Timent enim
quod si manifestata fuerit veritas causa non
est / et ipsi de sacerdotali dignitate
ad humilitatem veniret popularem / Non
quod legunt in populo suo tale quid
quam vivere incipit / maior pensa mp
ticorum claudunt ianuam veritatis dicen
tes enim maiores secundum dignitatem sunt
et sollempnius secundum dispensacionem ca
mus dicatur minor / Nec ipsi intrant in
veritatem scripturarum propter avariciam / Numquid
ergo ignavie populus excusabilis
erit / absit / quomodo homo negociator et
alterum / et ubi meliores vestes inve
nit in precio meliori illic comparas
et non oportet populum etiam omnes doc
tores / et inquirere ubi sincera veritas
vendatur / et ubi corrupta / Nam
omnium confessiones cognoscere et verbum
eligere non est vetitum / Dicit enim apostolus
omnia probate quod bonum est tenete /
Aut si propter utilitatem aliquam quam
necessitatem mundialem perversa volumus
ad aliquem locum / cur viam ignoras
videmus propter ignoranciam vere discedis
a perfeccione proposita viam / Si operi
eris / nunc istam viam / nunc illam /

de dnica septuag

Et quis te interroget et querat / et cum
te invenit rogat et promittis / et si ve-
lis ingredi septuagesimam vitatem nunc
petens orationibus nunc querens in scriptu-
ris / nunc pulsans bonis operibus /
et nunc interrogans sacerdotes / Item il-
los nunc istos qui vere claustrales
sunt septuaginta / non quam falsi sunt
ista non sunt / quia verbum dei non cre-
dunt / quia nec promissio beatitudinis
eius desideratur / nec iudicium consumma-
tionis eius timent / Ve vobis scri-
be et pharisei qui circuitis mare ut
faciatis unum proselitum / et cum fuerit
factus facietis illum filium gehenne
duplo / quam vos estis Iudei enim
sicut ubique videbant gentiles proposita
questione de divinitate unius dei
et de vanitate idolorum fortiter disputan-
tantes convincebant / non enim laborant
contra vanitatem idolorum / pro ma-
nifestatione unius dei / dici veritatem /
cum ille qui dicit magis adiuvetur
ab ea quam adiuvet eam / Tamen
corrigebant eum forte / sed non propter gloriam
dei ut additis cultoribus honoretur /
neque propter animam volentes eum
salvare / quem docebant sed aut
propter avaritiam ut additus in syna-
gogam iudeis sacrificiorum adderet
oblationes / aut propter vanam gloriam
ut bonorum videatur gentilem
posuisse corrigere / Sic et nunc
faciunt heretici sacerdotes aut per
missiones corripiunt / aut minis
terrent / non propter gloriam dei nec

de ignorantia hominum dolentes / sed
aut propter avaritiam aut propter vanam
gloriam / ut videantur aliquos potuisse
corrigere / Alioquin qui propter deum aliquem
vult corrigere / aut propter vanitatem ex
ipsis actibus docendis ostendit / Cum
enim ipse in sanctitate conversatur et ingo-
sit / quem errantes propter deum corrigere
vult / Si autem ipse in malis conversatur
quem alterum propter deum corrigere vult
valet ad bonum / Nunquid magis
misericors potest esse aliquis alteri
quam sibi / aut qui seipsum mergit
in gurgite peccatorum / quomodo alterum de
peccatis vult eripere / faciatis enim
filium gehenne duplo quam vos /
Et qui forte sub cultura idolorum con-
stitutus / vel propter alios homines
iustitiam servabat factus sub deo
malorum magistrorum privatus exemplo
fit peior magistro / Et sic impietas
discipulorum imputatur magistris / Aut
sic omnis gentilis duplo est fi-
lius gehenne / quia idolorum est
cultor / Iudei autem in sim-
plo erant filii gehenne / quia non
credebant christo / Cum vero ergo ex
gentibus conducebant iudeis qui
solum non iustificabant / nec enim iu-
stificabatur aliquis / nisi per fidem
christi / maxime post adventum ipsius
sed adhuc instruebat exemplo scriba-
rum et phariseorum discedere a christo /
blasphemare eum quemadmodum et
illi / Et sic fiebat aliquis duplo
filius gehenne / Primo quia ido-
lorum fuit cultor / Deinde quia factus

est adversarius veritatis. Vir
enim qui in erroribus natus est et in
erroribus permanet, in simplo est fi-
lius gehenne. Ve vobis ceci du-
ces dicentes quicumque iuraverit
per templum nichil est, qui autem iu-
raverit per aurum templi debet.
Templum est vel altare ad gloriam
dei pertinet et ad hominum spiritualem
salutem. Aurum autem quod est in templo
vel donum quod super altare est ad
gloriam quidem dei pertinet et ipsum tamen
aurum vel donum magis ad delec-
tacionem hominum et utilitatem sacerdo-
tum offertur super altare. Iudei ergo
aurum quo ipsi delectabantur et do-
na quibus ipsi pascebantur sanctiora
dicebant quam ipsum templum
et altare, ut homines promptiores
fierent ad offerendum dona quam ad
preces fundendas in templo aut
iusticias faciendas. Multi enim
et nunc episcopi sic insipienter in-
telligunt. Ecce enim si aliquid
fuit causa modicum videtur facere
qui iurat per deum, qui autem iu-
rat per ewangelium magnum aliquid fecisse
videtur. Quibus similiter dicendum
est vos stulti. Scripture propter deum
scripte sunt, non deus propter scriptu-
ras. Maior ergo deus est quam scrip-
tura que sanctificatur a deo. Ve vobis scribe
et pharisei qui decimatis men-
tam et anetum et ciminum et
reliquistis que graviora sunt legis
iudicium misericordiam et fidem. [illegible]

Scribarum et phariseorum ad quos lo-
quebatur quidam erant sacerdotes quidam
autem populares. Quod est necessarium ut
dupliciter huius loci sermo tradatur, se-
cundum quod pertineat ad populares qui
decimas dant, alterum autem ad sacerdotes
qui decimas accipiunt. Item ipse sermo
dubius est quod dicit: Ve vobis qui
decimatis, non et qui accipit decimas
recte decimare dicitur et qui dat. Scribe
ergo et pharisei minorum olerum decimas
dabant, ut per hoc videntes eas dicerent
omnes: sanctitas quorum usque minimarum rerum
decimas offerre non permittit, ut cum sint
etiam corruptibilium olerum decimas
dare non negligunt. Sanctitas quorum secundum
omnia precepta vita eorum est con-
sumata, ut ne hiis quidem modicis ac-
quiescant quod non erat verum. Sua
minimarum quidem rerum decimas offerebat,
ostendendo religionis gratiam, in iu-
diciis autem erant iniusti, in fratribus
sine misericordia, in veritate increduli. Quorum
simulaciones eorum arguens dominus
dicit. Et adiungit: Excolantes culicem,
camelum autem glucientes. Erant a
modicis quidem delictis se absti-
nebant que fieri solent ex decimis
non oblatis, magna autem mala
alacriter committebant, qualiter sunt in-
iustum iudicium iudicare, inter proximos
suos odia gerere, in deum incredu-
los esse. In causa autem scribarum et
phariseorum illorum cadunt multi,
et nunc qui videntur quidem exterius
honorare, pauperes consolari, in
iudicio autem sedentes, aut secundum

Personarum accepcionem iudicant / aut
secundum dictam communem inter se ipsos lites
quottidianas exercent / odia sine pro
posito auariciam crudelitate / infirmum an
imi sine autem semper infirmi sunt inter
christianos et hereticos nullam differenciam
arbitrantur / sicut et meretrice mulier
adulterium idipsum putat et coniugium / et
ipsi ergo ypocrite sunt et culicem liquant
medium repellentes peccatum et came
lum glucientes / maxima et pessima contem
tentes / Nunc veniamus ad sacerdotes
Secundum quod iusticiam et fidem misericordiam
et hec fidem propter gloriam suam deus
mandauit / Decimas autem offerre propter
utilitatem sacerdotum ut sacerdotes
quidem in populo in spiritualibus ob
sequantur / populi autem in carnalibus
sacerdotibus subministrent / Sacerdo
tes ergo auaricia pleni / si quis de
populo decimas non obtulisset ita eum
corripiebant / quasi magnum crimen
fecisset / quia decimam alicuius
rei vel minime non obtulisset / Si quis
autem in populo vel peccabat aut al
terum ledebat / aut aliquid tale faciebat /
neque curabat corripere eum quasi simi
lem culpam fecisset / qui in deum pec
cabat / et de quo nichil lucro solli
cite agebant / De gloria autem dei et
salutem omnium negligebant / Ideo dicit
Ve vobis qui decimas eciam rerum
minimarum exigitis a populo et
misericordiam et iusticiam non facientem po
pulum non admonetis / Hoc enim et
modo fit / Ecce enim si episcopus debitum ho
noris non accepit a presbitero / aut
presbiter a diacono aut diaconus
a lectore irascitur et turbatur / Si autem
viderit aut episcopus presbiterum aut
presbiter diaconum circa obsequium eccle
sie non permanentem / aut alios pec
cantes in deum / nec irascuntur eis /
nec curant / quia omnes quique de
suo honore solliciti sunt / de honore
autem dei nullus et porciones
quisque suas secundum dignitates
suas vigilanter aspiciunt / et defen
dunt / et secundum dignitatem suam curam
impendere circa obsequium ecclesie non
attendunt / Si populus decimas
non obtulit murmurant ob contem
ptum / quam compendiose in hiis verbis
complexus est et condiciones ho
minum / et que hominibus sunt ad
salutem / Omnes enim homines sunt
aut iudices spirituales aut mundia
les aut sub iudicibus sunt /
et omnibus generaliter tam iudicibus
tam hiis qui sub iudicant dominus
hec necessaria sunt ad salutem / fi
des, misericordia et opera bona / dicens
ergo iudicium tetigit eos qui iudi
cant siue mundiales iudices qui
presunt mundo siue spirituales qui
presunt ecclesie ut iustum iudicium iu
dicent / hec est enim prima iusticia
cordis / Et si hec autem iudices mun
diales loquuntur iusticiam aut
spirituales / si hec loquitur iusticiam
in ecclesia per hoc ostendit / si iustum
iudicium iudicauerint dicente propheta
Si bene utique iusticiam lo
quimini iuste iudicate filii hominum

Si autem non iudicaverit iustum iudi-
cium in veritate / non loquuntur iustitiam
sed in labiis / Dicens autem fidem ad-
monet omnes in fide convivere dei / di-
cens quod maior conversacionis boni de-
cendis predicat / Nam sine abstinen-
cia a malis sive operis bonorum
ceterum maior conservat / Nam et non
facit homini que pati non vult / et fa-
cit que sibi vult fieri utrumque magna
est / Duces ceci liquantes culicem
camelum glucientes / Omnes sacerdo-
tes qui non oblatas decimas cu-
rant et delinquente populo suo quod
loquens culicem dicitur sed camelum gluci-
unt a modico quidem peccato se abstinent /
magna autem committunt / Ve vobis scri-
be et pharisei ypocrite qui emun-
datis quod foris est calicis et
parapsidis / Certum in specie calicis et
parapsidis homines dicuntur mundati
est / ex eo quod addidit dicens ab-
intus autem estis pleni rapina et
immunditia / Videt enim quociensque
sit ingressus cum in templum ad
sacrificia oblatum per dies festos
corpus et vestimenta sua et coten-
sibilia lavabant / et a parte mundi
corpus purgabant / cum deus corporis
mundiciam nec laudet nec sordes
contempnit / Pone tu quod deus odit
sordes rerum corporum et vasorum / si
ergo rerum sordes odit que vilius
autem necesse non est / sunt ipsa ut sint
sordident / quanto magis deus
sordes consciencie odit / quam si
volumus servamus / Non ergo vas-
sa lavanda sunt a prius / sed con-
sciencie precibus / Pharisee cece
munda primus / quod intus est calicis
et parapsidis / ut fiat id quod foris
est mundus / Non ergo sensibilis et
kathinus ab intus est mundatus apud
deum / Si autem peccaverit / et si toto cor-
de pelago et si cunctis fluminibus
se laverit / sordidus est ante deum
Ve vobis scribe et pharisei qui similes
estis sepulcris dealbatis / Multo cor-
pora iustorum templa dicuntur / quia anima
iusti in corpore dominatur et regnat quo-
modo deus in templo / vel certe quia ipse
deus in corporibus habitat iustis
Corpora autem peccatorum sepulcra di-
cuntur mortuorum / quia anima mor-
tua est in corpore peccatoris / nec in-
merito putata est / quia nihil vi-
vum aut spirituale agit in corpore / vel
quia mors ipsa in corporibus ha-
bitat peccatorum / Sicut enim sepul-
crum quamdiu quidem clausum est pul-
crum videtur a foris / si vero fuerit ap-
pertum horribile est / Sic et simu-
latores bonorum / quamdiu quidem non
cognoscuntur horribiles sunt laudabi-
les / Cum autem cogniti fuerint abho-
minabiles inveniuntur / Dicit ypocrita
si bonum est esse bonum ut quid /
non vis esse quod vis apparere /
turpius est esse / quam autem esto quod
appares aut apparere quod es / quia
manifestum malum a sapientibus non
reprehenditur / dum infama estimatur /
Ve vobis scribe et pharisei qui edi-
ficatis sepulcra mortuorum prophe-
tarum et ornatis monumenta iusto-
rum / omne bonum quod fit propter deum

In omnibus regibus equaliter obser
uatur / bonum illud propter homines fit / sic
et ipsum prius demiratur / Ecce enim qui
in atria edificant / ecclesias ornant bo
num opus uidentur / Sed quia iusticiam
dei non custodiunt e bonis eorum pau-
peres nimium gaudent / Sed aliorum bona
faciunt sua aut per uiolenciam aut
per fraudem / Quis tam insensatus
est ut non intelligat / quia ad gloriam
dei faciunt illa edificia / sed propter eciam
tam auarici et iniuste edificant
martiria ubi pauperes uiolenciam
passi ab eis tamen eos inpellant /
Non enim gaudent martires quando ex il
lis pecuniis honorantur in quibus
pauperes plorant / Qualis est illa iu
sticia munerare mortuos et expol
liare uiuentes / de sanguine miserorum
tollere / et deo offerre / Illud non est
deo offerre / sed uelle uiolencie sue
socium facere deum / ut cum sibi ablatam
pecuniam de peccato libenter accipit /
consenciat in peccato / Uos domum dei
edificate de fidelibus et pauperibus /
unde uiuat / et edificasti racionabi
lem domum dei / in edificiis enim
homines habitant / deus autem in hominibus
sanctis / Quales ergo illi sunt qui ho
mines expolliant / et edificia mar
tirum faciunt / habitaciones hominum cor
rumpunt / et habitaculas dei construunt /
Nam ergo ex antiquis temporibus mos
iste in hominibus habebatur / dicebat
enim apud se / Si bonum fecero paupe
ribus quis illud uidet / et si uide
rit quot multi uident / si multi
uiderint per parte uident / Iussit

Auct. operis

enim temporibus et iussit ad tempus
bonum factum in memoria / Homines ergo in me
libus edificia faciunt que omnes in
spiciunt / non solum in hoc tempore
sed eciam in posterum / Nam quamdiu
edificium permanet tam edificantis
memoriam nominat / O insipiens
homo quid tibi prodest post mortem
ista memoria / si ubi es torqueris
et ubi non es laudaris
Ergo dominus castigat iniquos et
sanos docet / quod si inter alia
bona edificia facta fuerint / hoc
additamentum est ~~[struck]~~ bonis / Si
autem sine aliis bonis operibus pas
sio est glorie secularis / Ve uobis
scribe et pharisei et ypocrite qui
edificatis / Quam intelligit con
sequencia tamen et phariseorum et
quomodo intelligit / quia non solum
dixit ad illos phariseos sed
et omnibus postmodum nascituris
Quod si ad illos solos dixisset
hec dicta fuissent tamen non eciam
scripta / Nunc autem et dicta sunt
et scripta sunt / Dicta sunt propter illos
scripta autem propter istos / Nam et si
patres uidebimus mortui sunt / Tamen
filii eorum uiuunt qui prophetas quidem
et martires colunt / filios autem
propter prophetare et martirum persequun
tur / martirum sanctorum uictores
et memorie presentes / Si non
ueritatem eiusdem substancie eadem
fide fatentes martires passi sunt
Ipiae eos sanctos colunt qui

Deum ingenitum et deum genitum
et deum spiritum sanctum crediderunt. Sic autem
impii colunt quasi qui veram confes-
si sunt fidem, quia persequuntur eos qui
in martirio eam fidem predicarunt et
in martirio confitentur, et in paradiso ergo
heretici sunt, qui a vera fide prophe-
tarum edificant patres sunt, patres
sui enim prius intelliguntur, ipsi sunt
qui monumenta prophetarum edificant
et martirum nomina eorum colunt, et
precepta blasphemant, memoriam ho-
norant et fidem contempnunt. Et
dicatis si fuissemus in diebus
patrum nostrorum non fuissemus eo-
rum in sanguine prophetarum. Semper
iudei preteritorum sanctorum cultores
fuerunt magis autem et persecutores vi-
ventium et amici mortuorum. Sic
enim insipientes increpatores prophe-
tarum suorum persequebantur et occide-
bant eos. Nam volentibus ma-
le vivere semper contrarius videtur
correptor dicente Salomone: Argue
sapientem et arguet te, insipientem
et adiciet te odisse. Postea autem
nascentes filii intelligebant cul-
pas patrum suorum. Et ideo quasi de
morte innocencium prophetarum dolen-
tes edificabant memoriam eorum,
et ipsi tamen similiter persequebantur et
mortificabant suos prophetas incre-
pantes eos propter peccata eorum, quia
alterius culpam cito intelligit,
suam autem difficile, quia homo in
causa alterius tranquillum cor habet,
in sua autem turbatum. Perturbatio

autem cordis non permittit hominem con-
siderare quod bonum est. Sic ergo per
singulas generationes iudei cole-
bant illos quasi sanctos, quos pa-
tres eorum quasi malos occiderant.
Hoc autem fiebat non ut bona quelibet
generatio sua innocentia ostenderet,
sed ut invicem se domesticus se fi-
liorum iudicio condempnaret. Eius-
dem pro consuetudine innocentes qui
a filiis suis quasi rei condemp-
nantur. Sic et iudei qui fuerant tempore
Christi prophetas quidem colebant, et de-
um persequebantur. Suos honorabant
et dominum condempnabant. Naturalem
consuetudinem omnium malorum ho-
minum tempore comperimus. Non iudei cor-
rumpuntur sed pene in omnibus homi-
nibus in malum adinvenimus. Sic aliud
quidem culpat errantes, et ipse in
eosdem currat ~~errores errantes~~ errores. Et
tu si tamen aliquem vides de antiquis
episcopis, quia ille presbiter quando sic
peccantem populum libere increpabat,
sic personas divitum non aspiciebat
sed omnibus vere dicebat, statim
collaudas et beatificas, et dicis: talis
debet esse in populo doctor
et si audias quia aliquis pertulit
increpationes, et sentit illi similiter
contemptus dicis, quia ille non
sustinuit increpantem. Ego si esse
et me aliquis propter mea culpa cor-
riperet, non solum non irascerer
sed magis gauderem. Sicut autem
iumentum sine flagello non regitur,
sic populus sine increpationibus

Cris. om.

L

non gubernatur/ Etiam si quis de
tuis doctoribus voluerit te increpare
propter tuum peccatum/ aut dicit tibi quod
verum est statim irasceris et blas-
phemas/ Sic et iudei quia prophetas
suos non sustinebant/ et antiquos
autem quasi sanctos colebant/ Non
ergo ille est bonus qui malum
reprehendere potest/ et bonum laudare/ Sed
qui reprehensus in malo bono sus-
cepit reprehensionem/ Multum [illegible]
[illegible] possimus omnes iudicare iusti-
ciam esse/ Ille autem vere iustus et bonus
et sapiens est qui sibi ipsi iudex
fieri potest/ Cum audieris aliquem be-
atificantem antiquos doctores propter
illum qualis est circa suos doctores/
Si enim illos sustinet et honorat
cum quibus vivit sine dubio illos
honoraturus fuisset/ Si cum illis
vixisset/ Nam omnis correptio simi-
lis est ceteris temptationibus/ Sicut
ergo omnis temptatio fideles quidem
edificat/ magis infideles autem
plus destruit/ Sic et omnis in-
crepatio discipline religiosum
hominem et timentem meliorem facit/
irreligiosum autem et malum con-
turbat/ et deterius ire compellit/
Sicut ergo vas figuli igne com-
probatur/ sic bonorum cor increpa-
tione cognoscitur/ Et dicitis si
in diebus patrum nostrorum fuis-
semus socii eorum non fuissemus
in sanguine prophetarum/ Non quia
iudei specialiter et omnia talia lo-

quebantur et faciebant/ Omnes enim
colebant filii quos patres occide-
runt illorum condempnare videban-
tur/ et homicidia patrum suorum
et se a consortio separare/ Sic et
heretici qui colunt prophetas inter-
et apostolos/ qui a patribus eorum
vel a iudeis vel a gentibus per-
secutionem passi sunt et occisi con-
dempnare videntur/ acta suorum pa-
trum vel iudeorum atque gentilium et
dicunt/ quia si fuissemus in diebus
illorum/ non fuissemus socii eorum
in sanguine apostolorum et martirum
et prophetarum/ Itaque testimonium reddi-
tis vobis/ quia filii estis eorum
qui occiderunt prophetas/ Naturalem
regulam dicit quia raro potest
ut de bonis parentibus mali nascan-
tur aut de malis boni/ Sed
quales fuerint patres tales erunt
et nati/ Quemadmodum sicut arbor in fruc-
tu cognoscitur/ et fructus per arborem
demonstratur/ Sic et parentes (filii) cogno-
scuntur in filiis/ et filii cogno-
scuntur per parentes/ Homine hac autem
tempore propheta predixerat/ quia deus
in generatione iusta est/ Iterum genera-
tio rectorum benedicetur/ Ergo te-
stia de filiis mores parentum
quod si patres fuerint boni et nati
fuerint mali/ aut mali fuerint
boni/ et patres fuerint mali/
Interdum filii patrem sequuntur
Interdum matrem/ Interdum omnes
filii patrem/ interdum omnes filii matrem

Nota

Tu fre

Tunc frequencius est ut pueri na
ti patrem sequantur / Si aut ambo
fuerint equales aliquando fit ut de
bonis parentibus mali creantur filii /
aut de malis boni / sed tamen / Hec re
gula est humane nature / ut omnis
homo nascatur duos oculos habens / et
quinos digitos / aliquando tamen ut contra
insistente opa / nascitur homo a sex
digitos habens / aut oculos non
habens / Sicut in ewangelio scriptum / Sic
ergo contra regulam nature raro eve
nit ut de formosis nascatur / Sic
contra regulam nature raro procedit
ut dissimilis nascatur filius pari
bus suis / Tu itaque uxorem quam
vis duce sed / aut puella cum
tibi traditur / noli querere diuites /
sed bene moderatam / quia mores
boni diuicias acquirunt / semper dura
re aut quidam mores eternum / Et
gloriosior est paupertas fidelium quam
diuicie peccatorum / Noli querere
speciem quia scriptum est / Sunt in ma
nedes ande in naribus porci / Ita
mulieres male moderate spes / Ap
in spoale meretrices placent / Mores
aut matrone / Tamen aut requiris
quod necessarium habes matrone
mores in diste / considera qua
les parentes habet / et sine labore
cognosti de illa / Si ergo ambo fue
runt boni fiducialiter pone pedem
in domo illius / Si aut ambo
mala fuge familiam illam / Cre
de enim testimonium Christi quia bonum
est et quod mentitur / Si aut dis
similes fuerint parentes dubium

habeo eventum quomodo nauta qui
in mare tradidit animam suam nesciens
utrum pereat an evadat / Aut itaque non
qui aut de iustis parentibus iniusti na
scuntur / aut de iniquis iniqui / secundum ca
nonem diximus / Si parentibus iustis iniusti
nascantur filii per hoc ipsum / quia similes
sunt parentibus suis sibi ipsis testimonium
perhibent / quod si filii sile eorum / Si aut
de iustis iniqui nascantur / per hoc ipsum
quod dissimiles sunt parentibus suis / pro
bent testimonium sibi / quod non sunt filii
eorum / Contra si de iniquis iniqui
nascuntur / sicut homines iudei de hoc
tibus iudeis / de quibus prius sermo
loquitur / per hoc ipsum quod similes sunt
parentibus suis iniquis sibi ipsi testimo
nium perhibent / per hoc ipsum quod dissimiles
sunt parentibus suis / quia non sunt
filii eorum / Secundum hoc ergo et gentiles si
testimonium dant / quia filii sunt iudeorum
et gentilium / qui presenti sunt prophetas
apostolos et martires / qui ipsa quoque
opera facientes cum proximis / que
fecerunt iudei atque gentiles in prophetas
apostolos et martires / Aliquando apostolos
aut prophetas aut martires persequentes /
volentes aliquem fieri suum quidem tempo
ralibus rebus aut promissionibus
mundialibus aliquem credere suadebat /
Sic et enim est fides que ex credulitate
timoris procedit / aut desiderio utili
tatis alicuius venit / sed bene docen
tes et melius conuicti sunt et ut
doceat et factis suis omnes proponat
carnales / sed futurum dei iudicium ex
ponat / nec mundialia bona / sed vera

f. celestia hominibus promittebat / Sicut faciunt heretici / Vere filii sunt prophetarum et apostolorum et martirum / quia ita fecerunt / Sic enim alios persecuntur alios docent alios promittunt aliorum bona diripiunt / alios autem donant / Sine dubio ipsi testimonium de se dant / quia filii sunt prophetarum apostolorum et martirum / Et vos implete mensuram patrum vestrorum prophetavit illis venturum / et quemadmodum precessores eorum interfecerunt prophetas / Sic et ipsi interficient Christum et apostolos et ceteros sanctos / Non iubet illos ut faciant quod facturi sunt tamen nisi iussissent / sed ostendit eis quia sciebant quod essent facturi inponta / Sicut cum aliquem litigantem adversarium qui aliquid cogitat contra te dicas ei / fac tu quod es facturus non iubes illum ut faciat sed ostendis te intelligere quod cogitat facere / Sic et dominus ad iudam dicebat quod facis fac citius / et quod subiungit implete et vos semper implete / quantum ad veritatem contexerunt mensuram patrum suorum / Illi enim homines occiderunt isti deum crucifixerunt / Illi interfecerunt isti regem / Sed quia voluntate sua descendit in mortem non imputat illis sive mortis peccatum / Sicut et in cruce petebat pater remitte illis quia nesciunt quid faciunt / imputat autem illis apostolorum mortem ceterorumque sanctorum qui implentes omnes sunt / Addit

C

Implete et vos semper implete / Quam benigni et iusti iudicis est suas iniurias contempnere / et aliorum iniurias vindicare / Item autem suas vindicat quas suas iniurias iuste inducit vindicem tu iustus esse putat / Consequenter hereticis dicitur / Hii enim videntes heretici tres per omnia equales dicentes eiusdem substancie eiusdem auctoritatis sine principio et non aliquam partem distantes a se in numeris / implent enim mensuram patrum suorum gentilium / qui et illi similiter multos deos colebant / qui videres eos tres vero dicentes et seorsum esse deum patrem / et ipsum deum filium ipsum spiritum sanctum non invenies / Iudei enim patrum suorum iudeorum implent mensuram / Sic enim et illi per vero deum patrem colebant filium non confitentes deum post patrem / Cum videres eos dicentes quia filius de ipsius patris substantia processit / Sic et omnis filius corporalis de corpore patris et actu carnali appellantes / Ipsum corporalem et inde flexibilem cognoscere mensuram implent patrum suorum gentilium / Illi enim tales deos colebant qui secundum carnem generabant et generabantur / quia videris eos dicentes patrem hominem et crucifixum et alia et corporalem / Non deum solum in corpore solo / Ecce isto qui implent mensuram suorum patrum Iudeorum

Nam et illi hominem crucifixisse
se dicebant ad apostolos / Ecce enim
implestis ierusalem doctrina vestra
et vultis introducere super vos
sanguinem istius hominis quem dei sal
vavit / Sed dico iudei tale petrum
eos et persequentes et facientes omnia
que diximus quid invenitis / implete
enim mensuram iudeorum et genti
lium patrum vestrorum Serpentes geni
mina viperarum quo fugietis a
iudicio gehenne / Si enim serpentes
prudentibus animalibus astuciores sunt
et astucia eorum non est in bono sed
in malo / Hoc enim semper aspirant
quomodo aliquem mordeant et cum non
mordeant quomodo se occultent Sic
et omnes hypocrite astuciores ceteris
hominibus simpliciter conversantibus
et in astucia sua cogitant quomodo
aliquem ledant / et cum leserint ita
simpliciter ambulant quasi videtur
nemo nocere / Genimina viperarum
Supra diximus de iudeis quia
per singulas generationes invicem suam
terram condempnabant et semper patres
reprehendebantur a filiis suis / Item
filii reprehenduntur a filiis / Ideo ergo
eos vipere similant. Quoniam talis
est viperarum natura quod concipiunt
in utero matris nati eorum rumpunt
ventrem matris et sic prodeunt / Item
ipsi nati qui conceperunt sic ~~paliat~~
patiantur a sua fetura / Sicut enim
vipere semper parentes comedunt et
comeduntur a suis pullis Sic et
Iudei semper patres condempnant et
dampnantur a suis filiis / Quo
fugietis a iudicio gehenne / Quod
quid sepulcra edificantes sanctorum

potius a malicia corda vestra mun
dantes Nunc sic deus videat quod
homo iudicat / homo hominem iudicat
in opere / deus autem in corde / Tunc
est autem ista iusticia sanctos colere
et sanctitatem contempnere / Primus
gradus sanctitatis (pietatis) est sanctitatem
diligere / Deinde sanctos / quia non
sancti autem sanctitatem fuerunt sed
sanctitas autem sanctos / sine causa
ergo sanctos honorat qui iusticiam
spernit / Quo fugietis / Nunc libe
rabimini vos sancti quorum monu
menta / Ornatis non sunt sancti illorum
amici ex quibus deus est inimicus /
Nunc propter plateam et familiam domini
adversante / Quo fugietis forsi
tan nomine vacuo vos liberabit
quia inde nemini est propheta dei
Quid prodest meretrici si nomine
vocatur caste / Sic nichil prodest peccatori
qui filius dei dicatur ne putatis /
quia melior est christianus impie agens
quam impius / Semper quibus tibi pe
ior est inimicus apparens quam qui se
fingit amicum et est inimicus puta
quod melior inimicus apertus est quam
falsus / Sic et apud deum odibi
lior qui filium dei se dicit et
mandata dyaboli facit / Serpentes etc. Nota
Sunt enim et omnes hypocrite pruden
tes in malo et stulti in bono
et sicut serpentes varii sunt in
corpore suo sic et hypocrite varii sunt
in erroribus suis / et multiplices
in malignitate quia deposuerunt
ymaginem dei que est iusticia
et sanctitas veritatis / et susceperun
tes ymaginem serpentis que est
in malicia et formate veritate

Inter hereticos et christianos numquam esse pacem potest

facti sunt serpentis filii serpentis
illius ad quem dominus in persona
diaboli dicit Ecce ponam inimicitias inter
te et mulierem et inter semen tuum et semen
illius super ventrem tuum et super
pectus tuum repes / et terram manduca
bis omnibus diebus tuis / Per quam
similitudinem inter hereticos et christianos
pax esse non potest / si ergo filios eccle
sie persequimini ~~...~~ heretici ut adversarii
et christi filii sui ecclesie / Hi autem perse
cuntur semen sunt serpentis illius
hic enim semen inimicitias exercet ad
versus semen ecclesie Nam et qui
genimina sunt serpentis similiter sic
et ille super ventrem suum et pectus
suum repunt / quia quicquid faciunt
propter ventrem suum faciunt / et propter
vanam gloriam pectoris sui / terram
autem comedunt / quia nemini lucran
tur ut capiant in perfidia sua nisi
illos qui in terra sunt id est carnales
homines / spirituales autem viros seduc
tio non consumit / Manducare enim
est lucrari vel acquirere sive ad
mortem sive ad vitam non solum
serpentes sunt / sed vipere quia ve
lut vipere rumpentes viscera matrum
nascuntur / sic et auctores heresium
rumpentes fidem matris ecclesie pro
cesserunt ad principandum Quod sufficit
Ecclesias indicat non ecclesiastice
sed veritatis fidem tenentes scriptu
ras legentes non scripturis creden
tes prophetas apostolos et martires honoran
tes non opera martirum imitantes
nec confessiones eorum sequentes /
Nec audistis eum qui dixit Non
omnis qui dicit michi domine domine
intrabit in regnum celorum / sed qui facit

voluntatem patris mei Sicut enim hos
qui deum vocant deum suum sed deum / sed
qui faciunt voluntatem dei / Sic pro
phetas qui custodias sine perderent prophetas
et martires / Nam per hoc sunt cultores
eorum / sed qui opera eorum imitantur
et fidem sequuntur / Ideo ecce ad vos
mitto prophetas et sapientes et scribas
et ex ipsis occidetis crucifigetis et
sapientes et scribas et apostolos dicit /
prophetas enim eam quam prophetico spiritu
eam repleti / Sapientes autem cor
de eam / Sicut propheta dicit de eis
Et eruditus corde in sapientia / Scribe
autem quia de christianis simul ro
na et doctrina pre ceteris prefulgebant / Sed
primum videamus que causa sit Ideo
ecce mitto ad vos Supra di
xit Ve vobis pharisei et scribe
hypocrite qui edificatis sepulcra propheta
rum et ornatis monumenta iustorum
et dicitis Si / Volentes vos coram
hominibus iustificare quod scilicet opera
patrum indicatis / et non coram deo
qui corde cognoscit / Quod est ergo
Ideo ergo mitto ad vos prophetas et
sapientes et scribas et ex ipsis
occidetis et crucifigetis et perseque
mini de civitate in civitatem et sicut
sicut patrum vestrorum commendatorum /
non enim plenam impletis peccatum
factum a patribus vestris / Audiunt
illa quia prophetas occiderunt / vos autem
ipsum dominum prophetarum / Illi eos qui
annuntiabant filium dei venturum / vos
autem eos qui eum advenisse testantur /
sed sic per opera vestra commendalia
testimonia vobis redduntur / quemadmodum filius
est patrum commendatorum ut quid sancti

Istorum sanctorum uerum etiam propter istorum
sanguinem omnis sanguis procedens sac
torum. Gemat super eos. Nunc uirtu
tem ipsorum uerum videamus unde
ipse qui intelligit corda eorum qui
tales sint / ut faciant quod patres
eorum fecerunt / Nam apud deum qui
hominem disposuit occidere antequam occi
dat quasi homicidam habet / Et qui
adulterium ausus est antequam committat
tamquam adulter est apud deum / et per eundem
quoque furtus est antequam perimet ea pi
turus videtur / quia non est de
operibus iudicat / sed ex cogitacionibus
cordis dicente apostolo Testimonium
reddente illis consciencia eorum / Et
cogitacionibus inuicem accusantibus
se in die qua iudicabit deus oc
culta hominum / Voluntas est enim
que remuneratur pro bono aut
condempnatur pro malo / Opera autem te
stes sunt voluntatis / Et quod ergo
expectat opera qui consciencias nouit /
Audiuimus et tu in aliquo negocio te
stibus quomodo ad tibi res ipsa fiunt mani
festa / Sed deus secundum voluntatem
iudicat et opera non expectat nisi
innuisset ad illos prophetas et sapien
tes / Ideo expectat ut et iudici secundum
consciencias solas ~~condempnet~~ conde
narent / et iusti homines qui occide
rent / Et quis sciat quia malus in
se dampnatus est propter maliciam suam /
nisi demonstraret in opere / Quale
est enim illud iudicium iustum cuius
iusticiam nemo cognoscit / Non ergo
deus quantum ad opera propter se sit quia
quomodo iudicet / Sed propter alios

ut omnes intelligant quia iustus est
deus / Nam deus quamuis omnia corda cogno
scit et hominum et angelorum et spirituum
celestium / Tamen autem dei nemo cognoscit
neque homines neque angeli / Ideo ergo
et malis dat occasionem per quam in
operibus ostendunt propositum voluntatis
sue sicut dedit scribis et phariseis
ad eos mittens prophetas et sapientes
et scribas / Et bonis prebuit occasionem
per quam ostendunt voluntatem sue pro
positum / Sicut et prophete sapientibus
et scribis prebuit excitans super eas
persecucionem scribarum et phariseorum /
ut non sine causa ante ad honores
coronarentur / Item si homo habens
bene faciendi propositum certe iniustum est
ut deus preuideat occasiones per quas
faciat bona / Et quod pigrioris est
rei iaceat sine fructu / Sic iniustum
est ut homo mala voluntate habenti
preuideat causas per quas faciat
malum dicente Salomon / Ob prauos
prauas vias emittit dominus / Vnde
Dauid rogabat dicens / Viam ini
quitatis ammoue a me / Nam de
beneuolis alibi sic propheta dicit / Quoniam
non dimittit dominus virgam peccatorum
super sortem iustorum ut non extendant
iusti ad iniquitates manum suam
id est non dat potestatem demonibus super
iustos / ne eorum voluntate sua
malum compellat ~~conderent~~ facere ab
illis / De malis autem sic dicit ipse
declinantes autem ad suffocacionem addu
cet dominus cum operantibus iniquitatem
id est qui declinatus est ad mala faci
endum faciat illum cum operantibus
mala / ut puta volenti tibi /

elemosinas tibi factas occurrit ante faciem tuam captivus / aut desolata vidua aut miserabilis orphanus non tamen te misit ad utilitatem illius / quantum illum transmisit ad utilitatem tuam . i. quia tamen ille possidet pro te quantum pro illo tibi / Nam quod pro te ille possidet temporale est et breve / quod autem tibi possidet pro illum perpetuum est et celeste / Reperitur quia propter utilitatem pauperum deus divites facit / quod et sine divitibus potest sustentare / sed propter utilitatem divitum pauperes facit quia infructuosi et steriles erant futuri nisi pauperes facti fuissent / Ergo bene facere volentibus ipsum videt et tales bene faciendi minister est deus sine dubio / et quia pater mali faciendi providet causas non est iniustus / Sicut enim homines rogat ipse occasionem peccandi ministrat dicens / Nam iniquitatis ammone a me sicut et malus optat ut inveniat occasionem nocendi / Ideo dicit dominus Ecce mitto vos. Ergo deus providet occasionem peccandi etiam non ut peccare eum faciat / sed ut peccatorem ostendat / Ecce si tu [illegible] sed rem [illegible] et videns mores suos scire / nunc pones ante eum sitellum cum solidis aut aliquid concupiscibile tibi / ut si quidem sanctus ille mendacius fuerit et sine tempore porrigat manum suam et accipiat unde quidquid male fecisti / aut quidquid tu cogitasti illius / ut faceres male sed operasti maliciam eius sit / Et dominus dans occasionem

hominibus peccandi / Non peccare eum erit non illos facit peccare / sed manifestat perniciem cordis eorum ut veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram a sanguine iusti abel ad sanguinem Zacharie filii Barachie quem occidistis inter templum et altare / Nota quod non tamen super Iudeos qui tunc non fuerunt / sed super omnes malos homines dicitur / Nam in tempore abel Iudei quando non fuerunt / mali autem fuerunt / Nam quantum ad homines plures multe sunt generationes secundum diversitates horum / quantum ad deum una generatio sunt interpretata per singulas generationes sanctis bona promittens deus pro operibus ad consolationem ipsorum adventum eius expectantem futurum / interpretata ~~ad constituendum~~ et constitutum inditos tuos sunt prius tamen vocabulos tuntas iustitie. Ergo penitus sit quando non ante et possidet / possidet aut novissimus sectis / Sic et per singulas generationes peccatoribus mala promittens deus ad terrorem eorum tunc eius passione iminabant quod inferitur / quando iudei passi sunt interpretata tota iniuria desolata. Ergo iniquitas est omnibus / non autem reddidit sed reddidit generationi novissime / Sicut ergo alia bona que in singulis generationibus a constitutione mundi omnes sancti merebantur illis novissimis sunt donata qui receperunt Christum / Sic alia mala que in singulis

generationibus a constitutione mun-
di patri meruerunt omnes iniqui
et sanctorum interfectores super novis-
simos Iudeos venerunt / quia Christum
repulerunt / aut ita quemadmodum ab
initio mundi aut talis gratia
dei donata est hominibus qualis
in Christo / aut talis vindicta ve-
nit super impios qualis venit
super Iudeos Christo repulso / Que
corporalia dico que passi sunt a
Romanis / Etiam quod primus contigit pec-
cantibus quam cum deus tanta humilitate et
misericordia vocaverit ad se non intelligentes
sed ad hanc infidelitatem et tali modo in-
terfecerunt / Propterea ergo deus dicit ad
alios qui receperunt Christum Ecce
ego ad vos mitto filium meum
meum in corpore velatum et di-
scipulos eius in nomine ipsius
et recipietis eos et tradetis in
eum / ut veniat super vos omnis in-
stitia que facta est ab Abel iusto
usque ad Zachariam / Hoc est quod
dicit / Vere enim quantum ad magni-
tudinem gratie que data est hominibus
in Christo / non dicam omnes iniustitiam
precedentium scelerum que ab initio
venit super illos / Sed preter omnium
scelerum iniustitiam tantum meruerunt quod po-
tuerunt quantum illis donatum est /
Sic et super Iudeos qui crucifi-
xerunt Christum et persecuti sunt disci-
pulos eius vocamentes ad se
tormentum ad magnitudinem ire
que est effusa super eos non di-
cam quia omnia impiorum peccata

peccata venerunt super illos / Sed
magis omnium peccata impiorum tantum
mali non meruerunt quantum venit
super illos / ut corporalia puniunt que
talia passi sunt a Romanis / et sic post-
modum omnes generationes eorum usque in
finem seculi perierunt a deo et se-
dibus fiendi gentibus commissi / Sic
et sunt velut ita omnes gens velut ci-
vitas sive cum peccaverit statim pu-
nit eam deus / sed expectat per multas
generationes / et cum mandat et
modo iniquitatem mitigat propter casti-
gat / et quanto magis eam diutius
expectaverit / tanto amplius et dei
iudicium in istius fit / et illorum pena
dignior / Quid ergo placuit deo pro certe
civitate illam aut gentem / videli-
cet omnium generationum precedentium peccata
reddere illis / quod que omnes ille
generationes merebantur sola hec est
passa / Numquid ergo iniustus est deus
qui aliorum peccata vindicavit in
istis absit / Sed quod que illi mere-
bantur isti sunt passi / et sola passi
sunt talia / cum non sola peccassent /
propterea que illorum eam dicitur
per passi / Sed enim illa mortalia
et sic quotidie omnes homines facit /
Ecce enim cum fuit iam peccatis repleti
ad vindictam / et unus pius et diviniis /
nisi abstinuerit hoc passurus erit / ita
meliorem facit alterum meliorati si
mereretur omnes castigat secundum
peccata sua / et videt quando per eo
bonus illos / ille solus castigat
est / quia quod alius primissimum est

illi est redditu. Micrea autem
non pro aliis castigatus / sed pro se /
quia secundum condicionem culpe sue casti
gatus est / ille enim pro aliis dicitur ca
stigatus / quia aliis peccantibus /
ipse castigatur / non peccans / iste autem
peccans castigatur / non pro aliis castigatur /
sed pro se / Sic et generatio ista pro patri
bus suis quando reddet preterita / quia
illi certi sunt isti puniti / vere autem
non pro illis sed pro se condempnati
sunt / licet tamen ad hereticos pertineat
dicere possumus / Ideo ecce ego mitto ad
vos prophetas etc. usque super terram / Vere
enim missi sunt sapientes adversus
hereticos / patres nostros / sapientes
autem non hereticos / quorum sapientia non sed
secularibus carnalibus perdita est / et non in
gracia acquisita per veritatem car
nem / Sed sapientes ecclesie dei timore
sapientes ecclesie notitiam veritatis /
sapientes corpore non solum ore /
non corde / verbis non fide / de
quibus dicit propheta / Sapientia tua sic
notam fecit mihi / et eruditus corde
non sapientiam / aruit scilicet i. presbiteros
et diaconos / et fecerunt qualia fe
cerunt prophetis apostolis et martiribus /
Patres eorum quando passi sunt ab here
ticis patribus nostris / immensis igno
rat / recedit de medio testium propter
tudinem / Ille enim actus hominum per
singulas generationes decurrens
sufficit ad testimonium veritatis / quibus
filii prophetarum et apostolorum et martirum /
qui persecutionem patiuntur semper / et qui
sunt filii Iudeorum atque gentilium
qui persequuntur semper / et quod fuerunt opus

est vobis ad probationem quibus con
tra vos ipsa loquatur / quod autem
dicit / Unde veniat super vos omnis
sanguinis iustus a sanguine abel
iusti usque ad sanguinem barachie /
Non sic ita est omnium generationum
precedencium et persecutorum cuncta ge
neratio ista persolvat / Licet enim in
iustum est ut alter pro alterius pu
niatur peccato / Sed tamen cum dicit omnis
dicte ista quoque generatio punita
fuit pro suis peccatis / de hac ista
et ipsa generatione contradictum vi
detur esse / omnium enim ~~mitare~~ in
quorum et persecutorum et homicidarum
a caym usque ad finem ista genera
tio est / et si non sunt omnes in
tempore isto omnes filii sunt persecu
toris et homicide illius caym /
Ideo et alibi dicit amen dico
vobis non transibit generatio hec
donec omnia fiant i. donec comple
antur omne consilium voluntatis sceleris
Conita ut caym persecutor abel /
commotus est facti sunt gigantes
persecutores filios ~~sed~~ seth / Sed
ecce caym transit et ipsa generatio
stetit et perierunt gigantes in
diluvio / Sed nati sunt de caam
cananei et isti gigantes persequen
tes filios sem / gigantes trans
ierunt sed ipsa generatio stetit /
secundum cananeorum cananei generatio eorum
erat in quorum / qui fuerunt ante
diluvium interempti sunt cana
nei ecce a filiis israhel sic
legimus de eis facti alienigene

qui persequerentur Judeos. Et
ce et illi transierunt, sed generatio eorum
stetit. Postmodum conversae sunt gentes
quando ad Christum transierunt. Perfidi
iudei post Christum adversus Christianos
ipsam habentes generationem. Quantum
ad amentiam quam habuerunt praeter
gentes ille que primum perseque-
bantur Judeos. Idem gentiles quando
crediderunt. Omnes autem Iudei defe-
cerunt qui persequebantur occidit. Et
te iudei et gentes persecutores transi-
erunt. Sed generatio ista stat manens
de generatione ipsorum Iudeorum et gen-
tilium sunt hec tria: isti Iudeo et innocentes
et perfidiam sequentur illorum. Sicut
diximus supra. Postmodum autem et
hec tria transitura sunt. Hoc non sunt
qui nunc esse videntur. Et futuri
sunt gentiles et populi antiquioribus
et transeuntibus istis generatio
stabit in illis. De generatione
enim istorum erunt etiam illi qui fu-
erunt et implebitur quod dictum est:
Non transibit generatio ista donec
omnia fiant. Jerusalem Jerusalem que
occidis prophetas et lapidas eos qui
ad te missi sunt. Omnia futura
ante dominus providet etiam prospiciens
ruinas civitatis illius et pla-
gam que a Romanis ventura
fuerat super populum illum. Ideo
contollere nos lamentum lugebat illam
dicens: Jerusalem Jerusalem.
Recordabatur quod sanguinem sancto-
rum suorum qui effusus erat ab illis

et qui postmodum adhuc effundendus
erat. Sed non tantum dolebat de iniuria
sanctorum, sciens qualem illis gloriam
comparaverat per mortem tantam, sed de illorum
interitu flebat quibus et in isto
seculo mala ventura fuerant
et in illo peccatum. Sicut enim boni sa-
pientes non deo sed nobis prosunt,
Deus autem gaudet non de suo lucro
sed de nostra salute. Sic peccantes non
deo nocemus sed nobis. Deus autem
tristatur non de sua iniuria sed de
nostra perditione. Sicut iudex benignus
audiens criminosas personas lege
eum compellente ipse mortis sen-
tentiam dictat adversus eos. Quam
misericordia instigante lacrimas
fundit super illas et vult illos
adiuvare, et non potest contradicen-
te sibi iustitia. Quia tunc misericor-
dia est, non misericordia. Si sic
facta fuerit ut iustitia facta per
eam non condempnatur. Si autem contempta
dempnata iustitia misericordia
obtinetur, ipsa iam non est miseri-
cordia sed fatuitas. Sic et dominus ipse
quando mortis sententiam dictabat super
iudeos dicens: Ecce ego mitto ad
vos prophetas, et ipse eos inconsolabili
lamentatione plangebat dicens:
Jerusalem Jerusalem. Nam deus in-
vitus compellitur cum magno do-
lore peccatores condempnare. Nam
enim sic dolet qui ab eis sit of-
fensus. Sed quia quando violenter
cogitur per se aliquem, qui omnem

Dubium

cupit saluari. Nam quemadmo-
dum contra naturam est bonum facere / Sed dicit
aliquis ad quem pertinet hec dicens per deum
et salvatorem quis enim voluntati eius resist-
it condempnare sit quod vult / Item
quis non desiderat misericordiam dei / Nam
sicut qui desideranti misericordiam dei negat
crudelis est / Sic qui non desideranti
misericordiam prestat iniustus est / Sed quis
unus est homo qui non desiderat
misericordiam dei / Item qui permanens in pec-
catis desiderare misericordiam dei est ad
deum contendere / Ille enim desiderat miser-
icordiam dei qui timet iram eius /
Qui autem non timet iram eius non
desiderat misericordiam eius sed contempnit /
Jerusalem Jerusalem. Que nunc
usque luctata es contra misericordiam meam
tuis peccatis / misericordia autem misericordiam
superasti / Volo enim in te misereri /
sed iam misericordie faciende non habeo /
nec possum iam amplius sufferre /
Incessabilibus enim iniquitatibus
tuis misericordia mea iam quasi lassata
a proposito desistit / Qui occidis prophetas
et lapidas eos qui ad te mittuntur
Misi ad te primum Ysaiam et serra-
sti eum / misi ad te Jeremiam et la-
pidasti eum / misi ad te Ezechielem
et tractum per lapidem excerebrasti /
eum quomodo sanaberis / quomodo me-
dicum medicinam venire permittis / quo-
rum curas infirmitatem tuam / que omnem
medicinam conculcans sanctis me-
is non pepercisti / ut nec tibi prop-
peccati Illorum potius neglexi-
sse tuam morte videmus / Omnes

Medici spiritualis vite defecerunt
et tu curata non es / Nam insanabilis
tua passio vincit artem medicam /
Si de morte tua gauisus fuissem /
nunquam ante misissem prophetas
si te perdere voluissem / Ego tibi quid
faciam si turpiter viuere non vis /
Quotiens volui congregare fili-
os tuos sicut gallina pullos
suos sub alas et noluisti. Sicut
te in Egypto quasi sanguinarius
accipiter sequebatur Pharao misi
Moysen et Aaron quasi duas
mollissimas pennas misericordie
mee liberantes vos sanguinibus
eius rapina in deserto / Et noluistis
facientes vobis vitulos ut sa-
crificaretis potius Idolo mortuo
quam viuenti deo. Quotiens sic
occurrere si vos in iudicum quotiens
eius peccauit tradidit illos deus
et iterum liberauit / Gallina autem
possunt similitudinem / Sicut enim
pulli gallinarum per se oui sunt se-
quentes per diuersa vagantur / et
in matris vocibus congregantur
Sic et populus dei carnalem
voluntatem et mundialem con-
cupiscentiam sequentes per diuersos
vagantur errores / quos etiam vo-
cat per sacerdotes / nunc increpa-
tionibus / nunc blandimentis /
quasi quibusdam vocibus congre-
gat et ablactare festinat / Et
sicut gallina super pullos suos vo-
cando eos non cessat / ut assi-
dua voce maiestate semper

pullorum suorum sicut sacerdotes in doctrina cessare non debent/ sed studio et doctrinarum suarum propter negligenciam populi orantes emendere/ Et quemadmodum gallina non solum suos vocare facit/ sed eciam alienos ad se volatiles extraneos a se diligit quam suos Ita et ecclesia non solum suos proprios studet vocare/ sed sive gentiles sive iudei supplicanti illi fuerint omnes valde sive fidei vivificat/ et in baptismo generat et in sermone nutrit/ et materna diligit caritate/ ut ante dixi eadem dictas tractavimus/

Jerusalem ierusalem Hic semper intellige ecclesiam que dicitur civitas pacis/ cuius fundamenta posita sunt super montes scripturarum/ Sicut ergo illi iudei spirituales egressi ceciderunt cum christo/ Illi autem qui erant ierusalem corporales manentes in corporali Judaismo persequentes spirituales iudeos id est apostolos ceterosque ex iudaismo credentes/ Sic et de ista nova ierusalem id est de ecclesia qui spirituales exierunt fuerunt relicta corporali ecclesia/ quam perfidi occupaverunt violencia/ exierunt ab illis/ magis autem exierunt a nobis sicut dicitur exponit/ Ille enim de ecclesia exire videtur/ non qui corporaliter exit sed qui spiritualiter veritatis fundamenta ecclesiastice relinquit/ Nos enim ab illis exivimus corpore/ Illi autem a nobis animo/ Nos autem ab illis exivimus loco/ Illi a nobis fide/ Nos apud illos reliquimus fundamenta parietum/ Illi apud nos reliquerunt fundamenta scripturarum/ Nos ab illis egressi sumus secundum affectum hominum/ Illi a nobis egressi sunt secundum iudicium dei/ Illi et illi corporales eciam persecuntur nos spirituales/ species colorata vanitate fundata/ posita que ad illam Jerusalem corporalia esse videntur

Jerusalem Jerusalem que occidis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt/ Non dixit que occidisti et que lapidasti/ sed que occidis et lapidas eos id est que occidisti et quasi naturalem consuetudinem habes occidis et lapidas eos/ Non enim occidit et ante lapidavit sectos ante christum et cessavit sicut post christum/ que fecit aliquando perfectus/ Sic et hereticorum ecclesie sunt non solum persecuta est patres nostros/ et persequitur cessavit/ sed eciam filii eorum faciunt nobis que patribus nostris fecerunt/ fratres eorum/ mittunt enim ad illos viri fideles quotiens quoque mittunt illos et fideles tamen fidei commoveri/ non ex ebrietate spiritus sicut fieri solet frequenter/ sed ex aliqua causa religionis mittunt ad illos sicut mittebantur prophete et populi ad iudeos/ non ad salutem eorum/ insanabiles enim sunt sed ad iudicium eorum ut sine excusacione inveniantur re inveniuntur/ Item aliud heretici

C

Prophetas et apostolos et ceteros
qui sunt apud nos / nos sine dubio
occidunt in verbis suis et actibus /
Quociens enim leguntur in ecclesiis
nobis verba et acta prophetarum et apo
stolorum / prophete et apostoli cum ho
minibus loquuntur ad suos / quos omnes
missos ad se dum heretici negligunt
et male interpretantur occidunt et
lapidant eos / Ut autem manifeste co
gnoscas quomodo prophete et apostoli ab
hereticis occiderentur et lapidantur /
primum intellige quomodo nascitur Christus
in nobis quomodo occiditur / Quemadmodum enim cre
dimus in Christum / Christum gignimus et
formamus in nobis / Sicut dicit
apostolus ad Galatas filii mei /
quos iterum parturio donec formetur
Christus in vobis / Consequenter et
qui perdunt fidem Christi Christum occi
dunt / Sic et ~~predicte carne prefata~~
prophete apud hereticos occiduntur /
qui cum fidei veritatem sollerter eorum
perversa interpretacione subvertunt / pro
phetas et apostolos occidunt / in
se / Ubi enim sanguis veritas est
in immisit verbum / Omne autem
verbum quod non habet veritatem in
se dei est mortuum / Quemadmodum
sine sanguine corpus / Propterea
omnia verba divina quomodo intellecta
sunt et incomposita coma sunt /
Quoniam intus in suis sensibus
habent veritatem positam dei quasi
sanguinem in venis inclusam / Et
ideo vivificant audientes / Sicut
testatur Petrus ad Christum dicens

.9.

Quo ibimus verba vite ha
bes / Omnia autem verba secula
ria non habent in se veritatem dei
Quomodo sunt composita et pulcre
mosa mortua sunt / Quoniam
in venis sensuum suorum non habent
veritatem dei / propterea nec audien
tem salvant / Sed iam hec in
telligite / Quomodo heretici occi
dunt et lapidant prophetas et apo
stolos missos ad se / Quoti
ens enim veritatem verborum ce
lorum eorum gladio maligni spiritus
et verbi perversi corrumpunt
et effodiunt in terra / Et quociens
aliud intelligentes in vos per
prophetarum et apostolorum et aliud
proferunt in populo blasphemias
suas quasi lapides quosdam
iactant super apostolos et prophetas.
Quociensque enim sicut diximus
inter hereticos et fideles fidei mo
net certamen evidenter vult illos
deus congregare sub veritate
pennarum suarum id est testamentorum / Quo
tiensque leguntur apud eos verba
apostolorum et prophetarum / Illi autem
qui non quasi domestici pulli galli
ne que est in ecclesiis / Sed
quasi silvestres pulli sagmine
vultuum aut accipitrum non solum
ad veritatem duorum testamentorum pre
mere non acquiescunt / Sed ad hunc
currunt super gallinam id est ecclesiam
et diripiunt et dispergunt pullos
suos et debellant eam totiens

quociens uult eos congregare / illi
autem noluerunt Hec Crisostomus / Sed
autem dicitur / Quociens volui congre
gare filios tuos et noluisti quod
sic intelligendum est quasi diuina
voluntas fuit frustrata / sed quia
impediuit malos ne fiat volun
tas dei / Per hoc potencia imple
tur eius pietas / Sicut dicit Au
gustinus in Enchiridion Vbi
autem est illa potencia / qua in
celo et in terra omnia que ad
que voluit fecit / si colligere voluit
filios voluit et non fecit et non
potuit Sed ea quoque illa quidem
filios suos ab ipso colligi no
luit / sed ea quoque volunt filios
eius ipse colligit quos voluit /
Deo subditur aliud in malorum predi
cio Ecce relinquetur vobis domus
vestra deserta / Et secundum Crisost
Ecce enim tempus est iam iusti
ciae ego sicud crucifixus / Ita
detur velum templi et secreta
misticae sanctitatis eius publicata
sunt / et recedet ab eo spiritus dei /
Et sic corpus anima recedente prius
quod frigescit / deinde putrescit
et solvitur / Sic et templum dei
recedente ab eo spiritu quod se
dictionibus et indisciplinacio
nibus implebitur tirando in
domus sua gubernante eam / de
inde veniat ad ruinam / Sicut
enim ante mortem homines insanabi
lis perdit infirmitas / sic et
ante ruinam aut domus aut

loci alicuius aut ciuitatis quam emenda
bilia recedunt peccata / Sicut enim
pulli frequenter a matre vocati
cum non obedierunt veniet secuti fue
rint matrem / aut ire longius abeun
te / aut venit accipiter et diripuit
eos / aut longius evagantur / et per
eant / Sic et dominus frequenter iu
deos vocavit / Iudei nec obedie
runt nec secuti sunt eum recedente
illo ab his ad gentes venit
quasi accipiter Romanus et per
quam eorum comedit fame et gla
dio / Alii autem per singulas pro
uincias dispersi sunt / Hec dominus / Di
co enim vobis Non me videbitis
donec a modo dicatis Benedictus
qui venit in nomine domini pro
fessoris nostri / Sic autem Cristus ante
ponit ita ipsum diem iudicii et
Resurreccionis quosdam credituros
in eum / quod et apostolus signi
ficare videtur dicens / Ex parte
in israhel cecitas contigit donec
tota plenitudo gencium intraret /
et sic omnis israhel saluus fieret /
Item augustinus Benedictus qui venit
in nomine domini / Maledictus autem
qui venit in nomine suo / Sicut
in Iohanne dicit / Ego veni in no
mine patris mei et non accepistis
me / si alius venerit in nomine
suo illum accipietis / Beatus ergo
Stephanus in nomine suo non
venit sed in nomine ihesu christi / Qui
pugnans pro fide ihesum christum in con
cilio stans / vidit Item stantem

et suum Milite adiuuante a cuius
vultu resplenduit facies eius/ Ita
ut sedentes in concilio intuebantur
vultum eius tamquam vultum angeli
stantem inter illos/ Et quoniam optima
similitudo facies moisi ita res-
plenduit dum deus per angelum
respiceret eum/ ut filij israhel non
possent faciem eius intueri/ Ita
dum xpus respiceret in Stephanum
qui pugnabat in acie aposto-
lorum/ In acie magnum dei viuentis
Ita ut exitus sanctorum eum seque-
retur Ita ergo resplenduit ut
iudei ferre non possent sed la-
pidabant eum eicientes extra
ciuitatem Ille autem orabat sicut
Moises pro populo id est venit ad
instar moisi per legem euan-
gelicam de egipto mundi eduxit
et induxit in terra promissionis
eterne Ad quam nos perducat
qui viuit et regnat deus in se-
cula seculorum amen Septima
1449

Venerabili Magistro Petro
de Franow per Bronislaum
Iohannis ingrossatum

viii

Nota hic iam que secuntur non sunt dicta beati Crisostomi sed alterius

Non inveni tantam fidem in Israel, id est in
populo israelitico tam fidem, id est tantam fidei signum
vel tanta fidei sinceritate. Sed intendendo
dico autem vobis hic occasione accepta in
fide huius gentilis predicat dominus commissionem
gentilium primo ergo predicit commissionem gentilium
secundo ex opposito reprobationem iudeorum ibi
filii autem regni. In prima nota quatuor
scilicet nobilitas convensorum diversitas quia ab oriente
te quia venient et cetera. Glosa quia reconciliato
dicat ergo dominus dico autem vobis quod multi ab
oriente et cetera. Glosa ex omni parte veniet ad
fidem ut habetur Luce xiii filii tamen de longe veni-
ent et recumbent id est felicitate requiescent
cum abraham ysaac et iacob et cetera. Luce xiii
faciat illos discumbere. Filii autem regni
hic predicit reprobationem iudeorum quorum omnium tertio
conditio quia filii reproborum quia carent pre-
miorum duplicem dampnum quia in tene-
bras et secundo quia erit fletus ibi. Dicit ergo
quod filii autem regni id est iudei in quibus re-
gnabat deus vel regni vocatione non elec-
tione promissione non consideratione pro-
pria non reputatione non re. Eicientur in tene-
bras exteriores quia sunt interiores. Glosa
interiores tenebre cecitas mentis exteriores
eterna nox dampnationis. Ibi erit fletus
et stridor dentium. Rabanus fletus de ar-
dore stridor dentium de frigore solet oriri
Job xxiiii. Ad nimium calore transient
ab aquis nivium ergo debentur tenebre in
rebus propter inordinatam irrasabilis fletus
propter inordinatam concupiscibilis stridore
dentium propter inordinatam irasabilis. Et
est hic argumentum veritatis contra hereticos
pro resurrectione corporalis. Nam fletus et stridor
corporis. Et dixit ihesus centurioni. Hic
ponitur executio curationis ubi dominus
primo dat fiduciam impetrationis. Secundo
ostendit meritum postulationis ibi et cetera
re. Tertio sequitur effectus curationis id est sana-
tus est. Et dicit ergo. Et dixit ihesus centurioni
id est regentibus per centuriones vel ipsi reipublice
assistunt. Vade id est secure revertatis. Et sicut
credidisti fiat tibi. Rabanus fidei merito
ostendit impetrasse salutem servo, ut fidi
robiur magis in eo attestisset, quo perspicuit
quantumque vellet per illa impassset se posse et
sanatus est puer, non filius sed servus ex illa
hora, scilicet qua dixit dominus fecit tibi certe et cetera.
Crisostomus non curare sed in oppinate hoc facere
et in momento virtutis temporis ostendit. Sanare
ad eum centurio quod Luce vii dicitur quod misit
ad eum seniores. Respondet Augustinus explicit
primo quod attessit et si non personaliter tamen
per nuntios satis facit cuius dicitur fit. Item
attessit et si non corporaliter tamen spiritualiter. Scilicet psalmus
psalmus accedite ad eum, tertio forte utrumque
fecit et venit et misit. Sed senioribus tamquam
familiaribus dicto, ubi mutuo simul commisit. Item
puer meus iacet in domo. Queritur quare
non fecit eum apportari sicut illi. Marci ii
qui submiserunt paraliticum per tectum. Responsio
maior fuit fides huius quam illorum
credidit enim quod absens posset eum curare.
Et ego veniam et curabo. Queritur ad quid promisit
ire tum et se in absentia sua curavit. Cum
Responsio secundum Crisostomum. Ut excitaret fidem centurionis et
et diceret domine non sum dignus. Item ut
nos doceat agnoscere et contempnere medicos
in hoc confundit avaritiam medicorum quod ad
pauperes ire noluit de quibus nichil habere
sperat, sed ad divites currunt. Item dicitur ubi
queritur quare hoc dixit, cum sufficeret sine verbo
curare. Ex hoc enim iuvit male credere. Responsio
hoc dixit non ex infidelitate sed ex dispositione
sicut alii faciunt quia a Christo curatus esset
et sic ad fidem Christi eos provocet. Item
miratus est quod admiratio est stupentis omnis
afflictus ex re novissime prius incognita
super veniens sed hoc non convenit Christo. Responsio
secundum Rabanum omnes tales motus cum
de deo dicuntur non perturbati sunt sed do-
centis magistri per hoc enim significat mirandum
esse nobis in talibus. Item non inveni tantam
fidem in Israel quod maior materia fuisse in
abraham in beata virgine in apostolis. Responsio
ad primum de Abraham secundum Iohannem loquitur
de presentibus non de omnibus retro patriarchis et
prophetis nisi forte intentione fides gentium
proponatur Israeli non fiat comparatio figurati ad
figuratum, immo significantis ad figurans

Ideo dicit Non inveni quia in parentibus personae qui sunt Ad illud de beata virgine et apostolis qui excluduntur illi ad quos loquimur nec fides dicitur magna multum scilicet quo ad confitentes credentes, quo ad constantiam aliquorum in fide quo ad devotionem, quo ad omnes laudis proprie ut hic Item quare Christus non laudatur leprosum in fide qui dixit si vis potes me mundare sicut iste qui petiit verbum Responsio quia leprosus in lege et prophetis instructus erat centurio non Christus in modico sermone sapientiae plus laudatur rusticus quam in magno plures et prime si aliquis dicit sapiens laudatur nisi peritior nisi audit Item cum abraham, ysaak et iacob quare qui hic tres specialiter nominantur Responsio quia istis specialiter facta est promissio de terra promissionis per quam signatur patria beata Item secundum Christus patriarchas laudat contra manicheos qui non recipiunt vetus testamentum Item fletus et stridor dentium Queritur utrum ille fletus sit corporalis quia stridor est corporalis, exemplo est dentium quamvis illa sit pena eterna et eterna lacrimarum effusio corporalis, quia excederet lacrimas quantitatem totius maris Responsio quod in fletu corporali duo possunt considerari scilicet lacrimarum resolutio quae tunc non erit, quia tunc cessante motu celi nulla erit corporis alteratio vel generatio vel corruptio esse potest Aliud est capitis et oculorum turbando et obumbrando et sic erit Ad obumbrandum quia stridor nullam importat restaurationem Item multi ab oriente Augustinus In isto fides gentium figuratur, Et veniet ab oriente quidam minimus in magistri primi crediderunt quia Responsio Centurio dicitur primicie gentium quia primus credidit a nullo edoctus, nisi a se Magi vero et si primi crediderunt, edocti non plurium scilicet balaam et prophetae inditium novae stellae Quinta pertinet palitica scilicet peccator et speciale contradictionis primo propter fatuitatem respectu intellectus id est puer Aristoteles dicit omnium stultissimus proverbiorum 10 et Cor primi Nolite pueri fieri sensibus Secundo propter perversitatem respectu affectus id est iacet quod vult non vult piger Iohannes vel ut iacuerit in terra

senex et puer, 2o propter imbecillitatem ad operandi id est effectus id est paliticus in palisi enim enim inmobilitas est et nervi per pro fiat immobiles quasi lapis, Quarto propter corporis id est pressura id est in domo, corpus enim mortuum cito corrumpitur sicut domus iacebat in domo Amos v° Si relicti fuerint x viri in domo una et ipsi morientur Quinto propter anxietatem id est defectus ibi et male torquetur, desidia ociosus piger non nunc curat deus veniendo ad eum suffragatibus meritis sanctorum Quintus autem dominus tres paliticos, unum qui iacebat cum multitudine languentium Iohannis v° alium qui fuit servus Centurionis et iacebat in grabato infra xxx dies, de quo hic Primum signat male mentes secundum male expedientes, tertium male agentes, qui etiam iacendo in domo acquirunt Et cum venisset ihesus hic agitur de 2o miraculo scilicet de curatione mulieris febricitantis, ut nulla conditio nullus sexus abscondat se a miraculo dei, quia et iudeus et gentilis et vir et mulier curati sunt Ubi tangitur primo curationis localis, 2o modus id est vidit socrum 3o effectus id est et dimisit eam Secundus modus determinatur in duobus primo in aspectu compassionis quia vidit iacentem et secundo in tactu potestatis et tetigit id est et tetigit Dicit glossa Et cum venisset ihesus in domum petri sicut Christus acceptus cibum dimittebat eum ad discipulos honorans eos et docens humilia Christus Exceptis qualis erant domus piscatorum nec tamen dedignatur domus pauperum tugurium illorum intrare docens humilitatem, vidit oculo compassionis socrum eius id est matrem uxoris suae iacentem ex debilitate virtutis et stolitate exacerbatam Infirmitatis vero luce viii dicitur quod tenebatur magnis febribus Et tetigit manum eius, scilicet ad laudandum eam immobilis erat meditans qui ad pulsus tactu sanam infirmam Luce iiii dicitur quod stans super illam id est imperii illam imperavit febri

viii

go vadit ad compatiendum, impetrat ad curandum, tetigit ad laudandum. Et dimisit. Hic ponitur effectus curationis, ubi tangitur primo febricitantis curatio. Secundo curationis manifestatio, quia surrexit. Dicit ergo: Et dimisit eam febris, quod fuit magnum; et surrexit, quod fuit maius; et ministrabat eis, quod fuit maximum. Beda: naturale est febricitantibus incipiente sanitate lassescere et molestiam egritudinis sentire. Sed sanitas que domini imperio datur tota simul rediit; et robore firmat ut adiutoribus suis continuo ministrat et sufficiat, quod non facit ars medicine. Sed cum miracula que sequuntur facta sint ante sermonem domini in monte, sicut dicit Luce iiii et Marci i, videtur quod Matheus male ordinet. Respondeo quod Matheus in hoc sequitur ordinem legis latius quam misterii, ut scilicet post lex esset posita confirmetur. Et queritur quare Petrus rogaret dominum ad domum suam, cum non intenderet magis curare de familia sua, vel quantum ceteri de sua. Respondeo propter reverentiam domini quem nichil ignorabat, unde et omnia disposuit prout oportet. Item propter utilitatem populi voluit eius curationem aliorum impedire. Vel potest dici quod Petrus tunc socrum nesciebat suam socrum suam egrotare. Item in domum Petri. Glossa Iohannis i dicit Petrum fuisse de Bethsayda cum esset uxoris habebat domum in Capharnaum. Licet enim hoc est quod dicitur Marci i: venit in domum Symonis et Andree. Iohannis dicit quod domum habebat Petrus et Andreas quia piscatores erant et ibi vendebant mercimonia. Item tetigit manum eius quia in exemplum. Mulier conserta non permisit se tangi a Maria Magdalena, tam in mortalis existens. Iohannis xx. Videtur quod primus non debuit. Respondeo quia utrumque facit in usum diversis dicens medicinam, sicut ait Cirillus: manum tetigit ad sanandam eam et naturali sortis febricitas est caro corruptibilis quod potest esse, iuxta illud primum Iohannis.

Omne quod in mundo est etc. et sicut habemus triplicem febrem quarum ex corruptione in spiritibus. Alia ex corruptione et humoribus, tertia ex corruptione et membris. In omnibus est calor inordinatus. Sic similiter superbia diversis modis prima facit superbia regna pessima super terram tradit ignis et non vidit. Nam superbia regna Iob xxxi. Ignis est usque ad consummationem devorans. Etiam avaritia regnat Ecclesiastici xxiii: anima calida quasi ignis ardebit. Ad hanc veniens populus videt per gratiam illuminantem, tangit per gratiam adiuvantem, et sic dimittit febris in contritione. Surgit anima in confessione, ministrat in satisfactione. Sic ergo per Petrum culpa originalis, per paraliticum culpa actualis in dimittendo, per febrem culpa actualis in committendo. Vespere autem facto. Hic ponitur cura est domina virtus super corporale hic ostenditur per spirituale, et primo se premittit angelicam. Secundo per humanam. Et omnes male. Secundo ostendit humanam prophetiam per hoc ad impletionem id est ut adimpleretur. Dicit ergo vespere autem facto Luce iiii: cum iam sol occubuisset, obtulerunt ei scilicet turbe multos demonia habentes, id est vexatos a demonibus, ante ad nec cum quod maior potestas prima preiicitur dyabolo, unde et tunc mundus habundabat demoniacis, sed per Christum ciecta est potestas eius Iohannis xii: Nunc princeps huius mundi eicietur foras. Et eiciebat spiritus verbo per abdicationem sugient. Et ergo devotio turbarum ex tribus primo ex temporis tarditate, quia non cessavit in vespere quod competit misterio. Unde Rabanus ait: non in medie sed ad vesperam curantur quia sol occubuit, quia gratiam Christi in terra morituri ut frumentum multum affert. Secundo ex fide devotione obtulerunt. Secundo ex proximorum compassione quia multos demones habentes et omnes malos habentes curavit. Primum patiebatur proximi alieno ista prophetia ut adimpleretur, constituntur non configurative quod dictum est per Ysaiam prophetam. Dicit ubi supra: ipse id est non est ab ut habet, sed ut nos auferret. Exponitur de ordine huius miraculi ad

cap

predicta. Sexto ut obstrueret ora phariseorum ne di-
cerent in principe demoniorum predicta fecisse. Vnde
statim ostenditur virtus eius supra demones.
Septimo ut magis ostenderet potenciam super potestates.
Item ut in mitteret virtutem predicationis.
Item infirmitates et egrotationes videtur
alterum superflue. Sexto in fermitatis accepto
refertur ad susceptionem passibilitatum egro-
tantium portatio ad tollerationem passionum pos-
terius hoc vel sentiunt. Octavo prima amoris
quia si infirmitates spirituales destruxit
predicando multo fortius potest destruere im-
perando. quia si potest magis et minus. Item
Ambrosius. Quod non ut liceret quo modo dicti ha-
bent per culpam ignorantia. Sexto non pro
i. non per culpa sua spiritualiter per lepram
culpa originalis, paraliticum culpa omissio-
nis per febrem culpa commissionis, per vexationem
demoniatum culpa erroris. Videns autem
ihesus turbas. Supra posuit predicationem
ad confirmationem discipulorum. Hic tangit
duplex eorum vocatio prima a statu iusticie
ad statum perfectionis, et significatur per vocationem
discipuli vocantes sepellire patrem suum.
Secunda a statu culpe ad statum equitatis hec
ibi significatur per vocationem mathei, cuius offi-
cium peccatis erat plenum. Luce v. Et cum
transiret inde ihesus vidit hominem, i. post po-
pulum vocatione. Secundo vocationis confirmatio
ibi. Et accedente eo. Similiter fama vocatio
confirmat per miracula. Sed differunt mi-
racula hec cum ibi. quia prima hec sunt exci-
tantia, ad reverentiam maiestatis ne super-
biant discipuli. Illa ad amorem bonitatis
ne desperent. In prima vocatione duo i.
premeta vetrahentia reno. Primo pri-
sitas intentionis in repulsione scribe se
sociantis deo ingerentis. Secundo indiscretio
electionis in vocatione discipuli propter sepulturam
patris sequi dominum retardantis, ibi. Alius
autem discipulus i. post positio. Primo visio domini discipu-
los alicubis sequestrantis. Secundo ponitur
scribe perquestrati eius ingerentis i. Et acce-
dens unus eum prima dominum eum repelleret
ibi. Et dixit ei ihesus. Dicit glossa videns

autem ihesus turbas multas et scilicet se se-
quentes. Iussit ire transfretum i. trans
mare quod dicebatur stagnum genazareth.
Hoc est visio facta die tercia die curacionis
socrus petri. Nam die secunda initium ser-
monis ut dicitur matthei iiij et luce iiij.
Deinde a prima die iussit discipulos ire
trans mare, et sequestraret eos a turbis
hoc est contra laudes predicatorum, competit a
iussio. Nam turbe sunt ammiste turbe
que turbant animum exponit pre ideo
dicit turbam se abanticon ne se ad melius
extendit a postiori neptera recollat
adextris ne desideret, et ea a sinistris
ne timeat supplicium. Et accedens unus scri-
ba spiritualiter vanus scriba i. legisperitus
ait illi. Crisostomus. Duplici de causa
volebat sequi christum causa lucri temporalis
et iactantie quia vidit christum magna facientem
eorum qui hospitalitate ipsi nolunt ire
fedus cum eis. Iob ix. magis non est
unde tu distendi non emendi venit etc.
Crisostomus. Vide quantus tumor non di-
gnum se estimat cum turba ambire. Iste
putabat sibi pecuniosos ex miraculis
et non volebat sequi. Vnde et repulsus
est a domino. Et dixit ei ihesus. Hic ponitur
eius repulsio a domino quia ad eius mentem
videt insinuans detestanda. Primo eius
fraudulentiam in typo vulpis. Secundo
eius iactantiam in typo volucris. Tertio
eius avaritiam ex eius pecunie questorum ad
paupertatem filii hominis. Et hoc est. Et dixit
ei ihesus. Vulpes foveas habent et adge-
scunt, et rapinas abscondere, et lati-
tandum. Et volucres celi nidos ad quos
ascendunt et quos fugiunt filius autem hominis
i. virgo a patre in fide denorat gemens
sunt qui glaucis degeneres sunt, non habent ubi
caput suum reclinet, i. in modicum habitaculum
vel non reclinet vere. quia dicitur tua intuitio
est me sequi propter pecunias. Sed vacua
est quia ita pauper sum ut nec hospitium

viii

primum legerem. Audita ergo christi paupertate non instetit amplius. Unde Crisostomus non ei dixit sequatur te paupertas. Hec enim dominus forsitan concessisset. Augustinus contra Faustum invenit enim dolosa simulacione tenebrosum et ventosa elacione iactatum non habere locum humilitatis ubi se doctorem inclinatum se exciperet quem in discipulatum christi non illius gratiam sed suam gloriam requirebat. Augustinus Quarto de disciplina habet remotum impedimentum retardans ubi ponitur retardacio ex parte discipuli. Secundo ad melius exortacio ex parte christi ibi Ihesus autem ait illi. Dicit ergo Augustinus quod non tantum christi quam moribus et intencione. Secundum quod simile invenitur scolarem et discipulum ille ingressum vocat iste dominum confitetur ille propter pietatis ordinem ad sepeliendum patrem ille desidat. Iste secularis se quocumque ierit promittit non ingressum querens sed de magistro lucrum de discipulis circans scilicet futurum quia multi erunt cum illis diis quod est renuncie primo ne quod est obediencie. Ex quo non patet quod iste vocatus fuit sed alius se ingessit, scilicet in ire et sepellire patrem meum quod est opus misericordie ne disciplinati respicit, sed expleta primum patrem suum pietate liberior habet sequi desiderat sicut Elizeus vocatum se Helia in Regum xix osculum orate inquit patrem meum et matrem meam et sequatur te. Ihesus autem ait illi animo tocius dei sequere me, non obstante sine patris tui quod deus non est debitum ordine unius boni maiori preponere et dimitte mortuos morte culpe sepellire mortuos morte nature probos obiecturas vinculo propinquitatis vel nature tunc anime quod excusaret se de ingressu religionis propter curam parentum. Item contra preiustimantes sicut enim pro sepultura voluit recordari

quid pro expedicione dimina. Item nec forte excitatum mortuum contaminaretur et ab amicis retraheretur. Luce v addit tu autem vade et annuncia regnum dei. Sed queritur quare non prohibuit deus cum Thobias laudetur de sepultura mortuorum. Rabanus Crisostomus ad inventionem dixit sequatur te sequi te. Hic etiam sanum vero petens non sinceritatem retrahebatur quia alii erant qui sepellirent et hunc amagis in maius salute non oportebat. Et ascendente eo prophecia vocacionem subdit. Habet vocacionis et firmacionem prima multa excitantia ad reverenciam divine maiestatis ubi manifestatur potestas divina primo supra creaturam pro corporalem et hoc in sedacione maris. Secundo supra creaturam pro spiritualem et hoc in ejectione demonis ibi Et cum venisset trans fretum. 3o supra creaturam compositam ex utraque et hoc in sanacione paralisis ix° capitulo. In prima agitur primo de tempestate maris. Secundo de sedacione tempestatis ibi Tunc surgens imperavit. 3o de admiracione sedacionis in forte homines. Luce primo tangitur primo discipulorum christi sequencium in mari navigatio. 2o maris conturbacio ibi et ecce motus. 3o navigancium trepidacio ibi et accesserunt ad eum. 4o trepidantium increpatio ibi et dicit eis quid timidi. In prima tangitur primo ex parte negocii dispensacionis cum dicit Et ascendente eo. Intellige ut deus terre et maris appareat multa enim miracula fecit in terra ideo transit ad mare ut et ibi faciat. Secundo ex parte christi humilitatem cum subdit in naviculam. Nunquam legitur ascendisse navem mercatorum vel piratarum sed piscatorum. Luce v° ascendens in unam navem que erat Simonis. iii ex parte discipulorum fidelitatem tradidit. Secuti sunt enim discipuli eius. Luce primo Crisostomus non habuit tantum suam et sequatur me non potest esse meus discipulus. Et ecce motus. Hic subditur maris turbacio horrenda propterea primo propter cautelam orationem

firti Unde dicit Crete. motus non
nalit' sed mi[illegible] xpi ps Cui ꝯturbat
ꝯfinie maris Magnus ut mains ap
paceret imalum factus e in mari .i. in sta
gno ꝯenazaret Secundo ꝑpt' i[illegible]
naufragium Unde subdit ita ut nauicula
operiretur propria se et dicit operiretur
non submergetur. quia nauicula xpi
ꝯcutipit si submergi no pt' cuiq figura
fuit marthia noce Acth xxvi Tercio
ꝑpt' remedium destatim Unde dd ipse
no dormiuit Mirabile dormit ps
Ecce no dormitabit neq dormiet Dor
miebat go cor Sed vigilabat diuinitate
Cant v Ego dormio et cor m[eum] vi.
Et accesserunt Hic ostendit discipulorum
trepidatio Et hoc in tribus que fecit mir
qr accesserunt affectibus suscitauerunt cla
moribus orauerunt precibus et hoc e Etac
cesserunt ad eum discipuli eius .s. no
tm ꝯgressibus corporis sed etia affectibus
mentis Heb iiii Adeamus cum fi
ducia ad tronum gre eius et suscitauerunt
filium eius eum exigilando clamoribus
ps Exurge quare obdormis Dne
Dicentes deuotis precibus Domine re ubi
alligauerat ꝑ pom dne s qm potens expo
uit prime pnam indigentiam. pmo s. ico
q perire vel pire timens petunt manu
Salua nos ps Saluum me fac deus it
aq Rabanus O uices obiurgati dei
discipuli saluatore vobiscum habetis
et periculum timetis vita vobiscum est
et de morte solliciti estis Et ideo q dixe
runt Salua nos fiducie q p9 pusilla
nimitate q fidelitatis ꝑp q stepunt' impietatis
Et dixit eis Quid timidi estis modice
fidei Redarguit go in eis duo mentis
pusillanimitate et fidei modicitate q
multu reprehensibile in discipulis ꝑ ps
Trepidauit timore v no erat timor Tur
urgentes hetico de tempestate maris h
sequebatur de tempestate de sedatione tem
pestatis ꝯ tangit primo causam et
effectum ibi Et facta est / Et go tunc
post preces surgens ꝯtra somnum
imperauit ꝯtra periculum venti ꝯtra
impetum ipsorum et mari q in vindatorum
fluctuum ps Dixit et stetit spiritus
procelle Et facta e tranquillitas qr
post tempestate tranquillum facit
ps magna in mari et quia de pcato
mag' ꝑcessit et toleli magna ꝑcelle
abscessit ps In diuites ꝑtati maris
et ꝑtati hominis / hic tria subdit admira
torum ꝑ tempestatis / et pmo ꝯtitu ad
actum cordis et ꝯtinui ad actum oris
dicentes Dicit go porro mirati sunt
quippe quia fecit mag' et inscrutabilia
et mirabilia absque nimo Job v Ho[mines]
Icommunis no discipuli sed naute qui
erant in naui dicentes. qualis e hic
ꝑpris Primus hominis tranquillitas
deum ostendebat Pedo dt qualis
e hic Quia sicud homo dormit sic
deus mirabilia fecit ta gos admirati
et hominem dormientem et deum impera
ntem et creaturam obedientem Unde
addunt qr venti et mare obediunt
ei Ecclesiastici xliii In sermone eius
siluit ventus hic quidam qr scuti
sunt eum Crisostomus Quae no sunt scuti
turbe ut in conspectu eorum fieret hoc mi
raculum Xpo in ostensione miraculorum
ꝑditorum turbas premisit adeo ubi af
timoris insimrexio est / et exaltatio
orbis terrarum assunt Et ipse dormiebat
re quare qre hoc fecit Xpo ꝑp tria
ut discipulorum fidem probaret ad oram
excitaret. et sic pnam pom oudret indor
miendo vani humilitate demonstraret
in miraculis xpi semper alius post
ad ostendendum veritatem humanitatis / alio
ad ostendendam veritatem deitatis Item
super illud scuti sunt discipuli glo
ut infra Rabanus tonig scuti
sunt dis. li no imbecilles sunt sicui erat
ad sequendum / sed no ad pericula sustinen
da sine timore Item modice fidei q
ib ui. iiii / nec dum habetis fidem

viij

Respondeo non dum habebant ex toto uel modi-
cum quo ad feruorem quo ad essentiam
sed nondum quo ad feruorem Item queritur
quare increpauit eum timore Respondeo
quia timere in periculis sit naturale Item
quod sicut orauit ratione fidei fuit Respondeo
arguitur de timore non in quantum ex
naturali sed in quantum ex fidei hesitatione
procedit duplicat enim dubitabat de
potestate diuina quod non posset tam dor-
miens quam uigilans uel tam in mari
quam in terra Ad alius patet Respondeo
ortare sunt fidei non certitudine Item
illius homines mirati sunt glossa et
timuerunt non discipuli quod eos prius
dubitauit ergo et mirari potuerunt
Respondeo omnes mirati sunt et naute
et homines qui erant in littore et di-
scipuli Sed non discipuli tam quam alii
Item super illud Imperat uentis
et mari glossa cum imperat imperante
sentit quod ista sunt in creata Ergo est sensi-
biliter recepta uerba Respondeo non sunt sensi-
biliter sed sic loquitur quia sunt obedientia
diuine uoluntati in uerbo ac si sentirent
Dicit ergo creaturarum imperauit ut non ex
creaturis sed ex dei imperio sed ad illa facta
esse credetur Item cum imperio quietata
est domini quia ut non illusione demonis
sed plenitudine potestatis hoc factum
ostendit Spiritualiter Nauicula potest
dici uel ecclesia in quam ascendit christus
per regnum et quibus nacionum discipuli
sunt eius uicarij uel nauicula significat
anima quam ascendit deus per infusionem
discipuli sequentes gratuitatem uirtutes
sanctas affectiones Mare mundus propter
hoc mare magnum Motus maris
est persecutio mundi Cuius tamen est
triplex Impulsus uentorum Hoc est
temptatio ad peccatum Iob i uentus uehe-
mens irruit a regione deserti Tum-
bacio maris hoc est temptacio animi
Commotio tempestatis hoc est temptatio
carne Ecclesiastici i fili accedens ad seruitutem

dei sta in iustitia et timore eius etc. Nunc
sit siccitandus erat nobis dominus actibus et de-
uotis sensibus patet Veni ad liberandum nos etc.
Qualis est hic Triplicem de persona legimus
questionem quis qualis quantus Quis quantum
de persona Luce v° Quis est hic qui
etiam peccata dimittit triplex potest dari responsio
ut in designatione potentie Ioh. i hic est
qui baptizat in spiritu Alia in designatione
sapientie Kar t jm hic est deus in celis
est alius aduersus eum hic ad inuenit
c. v 2a in designatione clementie
i Io v hic est qui uenit per aquam
et sanguinem ihesus christus Debemus 2a
Ioh. i hic ita filius et ita potens sa-
piens et clemens Qualis quantum de con-
dicione ut hic qualis est hic i qualis
est hic triplex potest dari responsio scilicet sponsus
Can. v qualis est hic dilectus meus
etc. et dilectus meus Kar etc. talis est dilectus
Ambrosius Hebr. vii° talis debuit ut
esset nobis pontifex in se etc. unde hic i
Cor. xv celesti scilicet tales et celestes etc.
Quantus quantum de magnitudine hebre viii°
in tensi aut quantus sit hic ad quod triplex
Respondeo Altior omnibus sublimitate potestas Ex-
celsus super omnes gentes dominus et super celos
gloria eius Altior omnibus in maiestate
per diabolum animas usque ad mare etc. a f. usque
etc. et longior omnibus eternitate Exodi xv°
dominus regnauit etc. Debemus 2a Iob
xv° Excelsior celo est Et cum uenisset
trans fretum posito miraculo in quo
ostendit diuina uirtus supra creaturas corporales
sed in sedacione maris hic ponit aliud mira-
culum in quo ostenditur diuina uirtus supra
humanam creaturam spiritualem scilicet in electione
demonis Circa quod in actu ponuntur tria
Antecedens Secundo committatio ibi Et ec-
clamauerunt 3° subsequentia ibi Et cetera
magnus impetus Antecedens ponuntur
sed tempus locus et persona status temporis
cum dicit Et cum uenisset trans fretum i ultra
stagnum genazareth locus cum subdit
In regione genazarenorum Genesa est urbs

Ag'

arabie trans iordanem instans monti ga-
laath in quo laban comprehendit iacob.
Beda xxx r°. Non longe a stagno porcorum
in quo porci precipitati sunt. Occurrerunt
ei. hic describitur demoniacorum status primo
ab egritudine quia demoniaci. Secundo
ab habitatione quia in monumentis. 3° ab
